rum [illegible] gravem [illegible] recepisse
22 Quintum sit predicabile videtur quod me-
lius faciat qui consentit electioni
canonice de se facte quam qui eam
recusat dicit enim Gregorius 22 [illegible]
[illegible] aut papa non exhibita [illegible] adhuc
da est sed qui aliquibus pro canonicis
clericorum capitulum dignitatis adipiscitur
non papa eam exhibitione quod de ca-
nonica non quod de eam recusare sed
[illegible] est quod Gregorius dicit 2° [illegible] quod pro
[illegible] pro meliore intencionem fugi-
enda est [illegible] quod in eo qui
electioni canonice de se facte consentit
considerari oportet de quo intendit
si enim intendit aliquid temporale puta
honores divicias commoditates se aut
quos religionis ac aliquid huiusmodi tamen
est quod est desperata intencio unde
melius faceret si non assentiret si
autem intendit proximum [illegible] sic pla-
num est quod est bona intencio unde
Augustinus dicit 19 de civitate dei [illegible] accione
non amandus est honor in hac vita
sive potestas propter ipsum opus si recte et utiliter

sit id est ut valeat ad salutem
subditorum et induat id est Apostoli
quod habet [illegible] ad [illegible] 1ᵃ Si quis
episcopatum desiderat bonum opus
desiderat sed tamen sciendum est
quod ad hoc opus maxima requiritur
ydoneitas quia ut Gregorius dicit in
pastorali Tantum ad eam [illegible]
de [illegible] [illegible] populus quod [illegible]
[illegible] solet aggregare vita pa-
storis [illegible] quod humana fragili-
tas sui [illegible] [illegible] sufficiens non
est [illegible] illud Apostoli [illegible] ad Corinthios
2° Et ad hoc quis tamen ydo-
neus sed tamen exemplis [illegible]
divine [illegible] ydonei et sufficientes
redduntur sicut ipse post modum
subdit ydoneos nos fecit mi-
nistros novi testamenti [illegible] ergo ab
laudabiliter consideramus de se [illegible]
exhibitionem officium placemus
recusare sicut [illegible] dicit Ysaias
23 loqui quia potest ergo sum [illegible]
aut laudabiliter consentire ex
caritate firma ut salutem pro-
ximorum [illegible] sicut ysaias
dixit Ecce ego sum mitte
me Sed sicut Gregorius dicit in pastorali
[illegible] est [illegible] mitius quia
iste qui recusavit ipse non
[illegible] iste qui mitti voluit
ante se per altaris calculum
purgatum vidit ne quis non
purgatus adhuc quisque sacra
ministeria audeat aut quem
superna gracia elegit sublimiter
ipse sine dispensacione [illegible]
[illegible] valde difficile est purgatum
se quelibet posse agnoscere

placionis officium tenens de
clinatur tamen non pertinaciter cum
adhuc suscipiendum sit ratione voluntatis
congnoscatur. Tertio dicendum quod dicitur quod id est
verum quia non debet sic intelligi po=
testas cura collibitu non per
cipitur tollenda est, sed ita potestas
cura percipitur non est tollenda colli=
bitu sublata cum fiat ex lon=
ganimitate tollenda. Ad 2m dicendum
quod melior est intencio placionis
fugientium secundum primum desperatum
dicitur non assit veritas corpore
in penitentibus hic omnis verum dicitur
dicit ut dei dei emptor beneficii
sine quod ipsius regi non potest esse
ita teneatur ut dicitur tamen inde=
centi appetitur cum enim sanctum
est quod caritas vitalis negotia
tamen nulla suscipit veritatis ca=
ritatis

23 Dicendum tertium sic procedebatur videtur
quod praelatus qui dat bene
ficium ecclesiasticum alicui suo con
sanguineo vel amico vel alicui suo
consanguinei exaltentur symoniam
committat est enim symonia
studiosa voluntas emendi vel
vendendi aliquid spirituale an=
nexum. Sed in casu praedicto videtur esse
emptio et venditio rei spiritualis
quod in ipsis potest esse emptio
et venditio in quibus est libera=
litas hic autem hic spectat ut
libera recompensetur quod est ibi
symonia. Sed contra est quod ysa 33
dicit super id Beatus qui excutit
manus suas ab omni munere
dicit glossa quod triplex est munus a
manu a lingua ab obsequiis
quorum ultimum est in proposito tamen quia non
est ibi symonia. Respondeo dicendum quod cum symo=
nia sit emptio et venditio quae
consistat hic distinguendum videtur quod
si praelatus intendit eum obligare cui
dat beneficium ecclesiasticum ad aliquam re
compensationem faciendam sibi vel suis
consanguineis intencio symoniaca
est. Intendit enim quandam tacitam
venditionem. Si vero non intendat
adhuc eum obligare sed intendat quod
ille et vel suis consanguineis propria sponte
temporalia recompenset eo quod spiritualia est
misericordia et carnalis sed non symoniaca.
Ad primum ergo dicendum quod secundum philosophum in 4 ethicorum
liberalitas non est circa quaslibet expen=
cionem sed est circa dationes et sumptus
symonia autem est circa emptionem et
venditionem.

Eunde circa doctores quesita
sunt duo. Primo si doctor qui
sic docuit propter hoc in anima gloriam
utrum habeat aureolam si in morte
penitens. 2o si ex doctrina alicuius
doctoris aliquis reveretur a me=
liori scientia utrum ille doctor teneatur
illam doctrinam revocare

24 Dicendum primum sic procedebatur videtur quod ille
qui propter hoc in anima gloriam do
cuit quod premium aureolam recu=
peret. Aureola enim doctrine de
betur fructum conversionis fidelium secundum
id Philippenses 4 gaudium meum
et corona mea. Sed potuit contigere
quod ex predicatione eius qui propter inanem
gloriam predicavit fructus est
fructus conversionis fidelium quod si peni
teat debetur ei aureola sicut
virginitati debetur aureola ita et
doctrine sed si illa que cum virgo sit

carne integre cum est corrupta per maculam
agit recuperat aureola quam patri vel
et doctor qui propter mortale peccatum per-
diderunt. Et ideo dicendum quod opera mortua per
peccatum non reviviscunt sed opera virginis
doctoris propter mortale peccatum perdita-
tis fuerunt mortua id est cum peccato facta
quae non reviviscunt per penitentiam ad
premium consequendum. Respondeo dicendum quod aureola
aureola = importat quandam singularem ex-
cellentiam premii et quod presuppo-
nat aureum premium scilicet auream sicut
comparativus presupponit positivum. Et hoc significatur
Exo. 25 ubi dicitur facias super coronam
auream alteram aureolam et ideo qui
non meretur auream id est premium essen-
tiale non meretur aureolam qui autem
propter mortale peccatum separantur non me-
rentur premium essentiale quia receperunt
mercedem suam ut dicitur Math. VI. Unde
nec merentur aureolam penitentia autem
restituit. Unde penitentia peccatum remissa non
autem confert ei ea que non habuit. Unde
nec ipse motus penitentie est meritorius
unde talis non meretur aureolam. Ad primum
ergo dicendum quod confessioni fidelium debetur
aureola presupponens meritum essentialis
premii in eo qui facit aliquid bonum
sed quod dicitur Math. 16 quid prodest homini
si universum mundum lucretur, animae vero
detrimentum patiatur. Ad secundum dicendum quod au-
reola virginitatis debetur integritati car-
nis que manet post peccatum et
ideo debetur virgini penitenti aure-
ola. Sed aureola doctrine debetur actui
doctoris qui transit et ideo post peccatum
non debetur aureola doctori nisi
actus redierit.
Tertium sic proceditur. Videtur quod
24 si per doctrinam alicuius aliqui
retrahantur (?) antiquorum (?) bonus compelle-
tenetur suam doctrinam revocare

talis cum doctor in sua doctrina
facit scandalum activum quia doctor
inferit intellectum talibus aut inferit
affectum et per consequens activum sed scandalum
activum tenetur quilibet removere, ergo
talis doctor tenetur suam doctrinam
revocare. Praeterea spiritualia sunt temporali-
bus preciosa sed in temporalibus ut
Augustinus dicit non dimittitur peccatum
nisi restituatur ablatum, ergo multo
magis doctori qui facit dampnum
in spiritualibus non dimittitur
peccatum nisi restituatur ablatum
quod fit per revocationem doctrine.
Sed contra est quod Augustinus dicit veritas non est
dimittenda propter scandalum. Respondeo
dicendum quod hic distinguendum videtur quod
si enim doctor doceat falsam
doctrinam tenetur eam modis
omnibus revocare et maxime
si ex ea spirituale dampnum sequitur.
Si vero doceat veram doctrinam
potest ex ea sequi detrimentum propter
hoc in auditoribus dupliciter. Primo
ex defectu eius qui docet et hoc
dupliciter: primo si doctrinam subtilem
proponet rudibus qui non essent
illius doctrine capaces qui ex
hoc detrimentum salutis incurrerent
contra consilium apostoli qui dicit prima ad
Corinthios III. Tamquam parvulis in
Christo lac potum dedi vobis non
escam. Alio modo quia confuse et incon-
siderate proponit non prospectis
maioribus (?) incidentibus contra id quod
Gregorius dicit in pastorali sic laudan-
da sunt bona summa ne despi-
ciantur ultima sic innuenda
sunt bona ultima ne dum suffi-
cere credantur nequaquam tendatur

ad sinna et in hijs casibus
tenetur doctor ex cuius doctri-
na dampnum spirituale accidit quod
hoc dampnum reprimere ponere
in quantum potest exponendo sollempniter doc-
trinam suam. Alio modo potest contingere
ex defectu actionis puta si aliquis
docendo aliqua erronea indu-
ceret homines ad aliquam religio-
nem utpote si diceret quod qui-
cumque intrat talem religionem
statim erit equalis meriti sicud
ut beatus petrus. Et in hoc casu
tenetur cessare a sua doctrina
quia contra religionem propter erro-
rem non est bonum. Sed sic no-
cerent homines a meliori bono
talis doctor. Et hoc est quod gregorius
dicit in pastorali. Sicut incauta
locucio in errorem pertrahit
ita et indiscretum silencium eos
quos erudire poterat in errore
derelinquit. Et per hoc patet responsio ad
obiecta.

Deinde circa religiosos que-
sita sunt duo. Primo utrum
religiosi teneantur pacienter
tollerare iniurias et facta.
2o utrum ille qui iurat se non in-
trare religionem possit licite ad
religionem intrare.

Ad primum sic proceditur.
Videtur quod religiosi non de-
beant tollerare suos
impugnatores. In impugnacione
enim professorum eorum deus im-
pugnatur. Unde dominus paulo
persequenti discipulos christi dixit
Act. ix. Saule saule quid me
persequeris. Sed perfecti non de-
bent impugnatores dei tolle-
rare ergo nec suos impugnatores.

proprios. Preterea quilibet perfectus debet ob-
viare hijs qui statum perfectionis pre-
iudicant. Unde apostolus dicit ij ad Cor.
vi. Ut non vituperetur ministerium nostrum. Sed
per hoc quod perfecti impugnantur statum per-
fectionis derogatur. ergo perfecti viri
non debent tollerare suos impugnatores.
Sed contra est quod gregorius dicit. Non sumus
perfecti si aliorum inordinaciones
ferre non possumus. Respondeo dicendum quod per-
fecti viri dupliciter impugnari possunt. Uno
quidem modo quantum ad personas proprias
ut puta cum inferuntur eis iniurie per-
sonales. Alio modo possunt impugnari
quantum ad statum eorum ut puta cum
aliqui verbis vel factis perfectionis statum
derogant. et hec duo tanguntur
Jaco. ij. Nonne divites opprimunt
nos per potenciam quod pertinet ad personales
iniurias. Nonne ipsi blasphemant
bonum nomen quod invocatum est super
vos quod pertinet ad religionem vel
statum. In iniuriis ergo personali-
bus debent perfecti viri esse maxime
pacientes ut sicut est parati plura
sufferre secundum illud Math. v. Si quis
percusserit te in dextram maxillam
prebe ei et alteram. Statum vero
suum impugnari non debent pati quantum
resistere possunt hoc enim vergit in in-
iuriam dei. Unde contra quosdam dicitur
Ezechielis xiii. Non ascendistis ex
adverso nec opposuistis murum pro
domo israel et ideo debemus in iniurias
que contra humanitatem eius in se
inferuntur pacienter tollerare sicut cum
iudei dicebant Ecce homo vorax
et potator vini vel hec tum Math.
xi. et sicut dyabolus dixit ei Mitte
te deorsum Math. iiij. Videbatur ad pro-
priam iniuriam pertinere. Sed

in iniurias dei non tollerabat unde
phariseos durius redarguit. Matthei 12.
quia dicebant quod in beelzebub
eiceret demonia. quod pertinebat ad in-
iurias spiritus sancti. Et similiter cum
dyabolus ei dixit hec omnia tibi dabo si
cadens adoraveris me quod ad iniurias
dei pertinebat. statim eum eius repul-
lit dicens. vade retro sathana et
habetur Matthei 4°. ubi crisostomus dicit Illud
discamus exemplo christi quod iniu-
rias magnanimiter sustinere. dei autem
iniurias nec usque ad auditum suf-
ferre quia in propriis iniuriis esse quemlibet
pacientem laudabile est. In iniurias autem
dei dissimulare nimis est impium Et per
hec patet responsio ad obiecta

27 Utrum sit precedenter licitum quod ille qui
iuravit se non intrare religi-
onem non possit licite intrare
Dicendum cum obligacio licita est ad im-
plendum. sed licitum erit ei non intrare
religionem. ergo cum ad hoc iuramento
se obligavit videtur quod teneatur non in-
trare. Sed contra est quod votum impeditivum
spiritualis profectus nichil derogat religioni

c opdo ꝑ iura-
mentu c opdo g
prima vel n ypcdo
spualis ꝑ fcus

Responsio Dicendum quod obligacio iuramenti
triplex potest se habere quedam non est illicita
obligacio et de re illicita puta cum
aliquis iurat se fornicaturum. Et
tale iuramentum non tenetur homo
ad implendum nec eciam est licitum implere.
Quedam vero est obligacio licita et
de re licita puta cum aliquis iurat se ele-
mosinam daturum et tale iuramentum
preterire non licet quedam vero est ob-
ligacio illicita sed de re licita puta
cum aliquis iurat se non facturum quod
maius bonum cum tamen facere non te-
netur puta non ieiunare vel non
dare aliquam elemosinam vel religionem

non intrare tunc non illud
ad quod iuramento se obligat
licitum est. Sed cum tamen obli-
gacio est illicita. quia per hoc homo
quantum in se est obfirmat se contra
consilium spiritus sancti quod facit
hominem in suo corde ascensiones
disponere. Unde tale iura-
mentum licite potest implere
abstinendo ab illo. et bono quod
facere non tenetur. Non tamen
cogitur ex illo iuramento ad hoc
quod impleat quod iuravit quia iura-
mentum ad hoc quod sit obliga-
torium debet habere tres comites
iudicium iusticiam et veritatem
ut habetur Jeremie 4°. Huic autem
iuramento deest iudicium discre-
cionis quia eligit in deteriorem
exitum retinendo meliori bono
Et per hec patet responsio ad obiecta

Deinde circa clericos 28
quesitum est utrum unum
scilicet liceat clericis qui tenentur
ad horas canonicas dicere ma-
tutinas sequentis diei de sero
Et videtur quod non dicitur enim Ecclesiastes
Lascivus et imprudens non servabit
tempus sed iste in dicendo matutinas
non observat tempus cum enim
dies incipiant a media nocte
videtur quod matutinas sequentis
diei dicat in die precedenti ergo
videtur hoc ad lasciviam et impru-
denciam pertinere et ita videtur
esse peccatum. Sed contra deus clemencior
est quolibet homine. sed homo
non imputat debitori in cul-
pam si debitum suum reddat
ante tempus ergo multo minus deus
Responsio Dicendum quod hic considerandum est in-
tencio eius qui prevenit tempus

in matutinis dicendis vel in quibuscumque horis canonicis. Si enim hoc facit propter lasciviam ut scilicet quietius sompnolencie et voluptati vacet non est absque peccato / si non hoc faciat propter utilitatem licitam et honestarum occupacionum puta si clericus aut magister vult videre lectiones suas de nocte vel propter aliquid aliud huiusmodi utilitate potest dicere de sero matutinas et in aliis horis canonicis tempus preuenire sicut ecc/ hec impedimentum [illegible] eciam fit. quia melius est deo utrosque reddere scilicet et debitas laudes et alia honesta officia quam quod per unum aliud impediatur / Ad secundum dicendum quod quamvis ad contractus et alia huiusmodi dies incipit a media nocte tamen quantum ad ecclesiastica officia et sollempnitatum celebraciones incipit dies a vesperis unde si aliquis post dictas vesperas et completorium dicat matutinas iam hoc pertinet ad diem sequentem. sequitur sextum quodlibet 6m

Sextum est de anima et homine et certis (?) [illegible] corporalibus circa quod quesitum est utrum scilicet unitas essencie ponat in numerum cum unitate persone. Et videtur quod non sunt enim tres persone divine. si igitur unitas essencie poneret in numerum cum unitate persone sequeretur quod in deo essent quattuor quod est hereticum. non quod unitas essencie ponit in numerum cum unitate persone. Et quod si unitas essencie sit penitus idem cum unitate persone non ponens eam in numerum sequeretur quod de quocumque predicatur unum predicatur et reliquum. sed unitas essencie predicatur de tribus personis dicimus enim pater et filius et spiritus sanctus sunt unum. sed unitas personalis predicatur de eis ut dicatur pater et filius et spiritus sanctus sunt unus quod patet esse falsum. Ad oppositum quod unum quod magis est unum in tantum est ens / unum ens et unum convertuntur. est autem unum quod est ens personam. Formam quod unitatem et idem est quod quae est comparacio forme ad formam eadem est comparacio unitatis ad unitatem. deus autem est de per sonam essenciam proprietas autem personalis est quasi forma constituens personam quo quidem realiter non distinguitur ab essencia alioquin sequeretur quod in deo esset compositio et quod aliquid adveniret ei per modum accidentis. Nam omne quod est extra essenciam rei accidentaliter advenit. Differt tamen proprietas personalis ab essencia secundum modum intelligendi et significandi. nam esse quod absolute proprietas non personalis importat relacionem. Unde patet quod unitas persone non ponit in numerum cum unitate essencie quasi res alia divina. sed secundum solum modum intelligendi. Et hec res ad obiecta. Nam primum procedebat secundum quod unam rem quae quidem non est in divinis inter unitatem essencie et persone non ponitur. Quantitas [illegible] secundum vero procedebat secundum quod unam quae quomodo intelligendi et significandi procedit. ex qua procedit

quod dicimus quod pater et filius et spiritus sanctus sunt unum et non unius

Circa angelos querebantur duo Primo de actione eorum utrum scilicet quidquid agant per imperium voluntatis 2o de loco ipsorum utrum scilicet possit esse in quocumque celi empirei quod cetera quem batur cum corpora gloriosa

2 Ad primum sic procedebatur videtur quod non quidquid agit angelus agat per imperium voluntatis. voluntas enim equaliter se habet ad propinqua et remota. si ergo angelus ageret per solum imperium voluntatis sequeretur quod non differret ad hoc quod angelus aliquid ageret quod esset propinquum vel remotum ab eo quod agit et sic angelus opporteret quod de celo ad terras descenderet ad aliquid hic agendum quod est contra evangelium sacre scripture // preterea quod ad voluntatem non pertinet unitas et multitudo sicut enim aliquis potest velle movere unam rem Ita et potest velle movere plures res vel etiam totum universum. si ergo angelus ageret solum per imperium voluntatis sequeretur quod posset movere totum universum quod est impossibile cum ipse sit pars universi. Non ergo angelus agit solo imperio voluntatis // Sed contra omnis actio est ab aliqua virtute sed in angelo non est alia virtus quam intellectus et voluntas intellectus autem non agit nisi per voluntatem ergo omnis actio angeli est per imperium voluntatis // Respondeo dicendum quod omnis actio cuiuscumque rei est per formam nature illius rei nam et si sunt alique forme accidentales principia actionum alicuius rei oportet quod huiusmodi actiones reducantur sicut in primum principium in formam specificam illius rei agentis Sicut actio caloris ignis reducitur

sicut in primum principium sicut in formam substantialem ignis que est etiam principium omnium accidentium propriorum ignis et ideo oportet se habere in actionibus alicuius rei generantis naturam simplicem et in actionibus rei generantis compositam omnis enim actio ignis est secundum proprietatem nature ignis in cultello autem ignito est quedam actio non pertinens ad proprietatem ignis scilicet incisio et hoc idem considerandum est in rebus spiritualibus anima enim humana non est totaliter intellectualis sed participat intellectualitatem unde est in ea aliqua virtus et actio que non pertinet ad intellectualitatem nam sicut precipue patet in hiis que pertinent ad animam vegetabilem sed angelus est totaliter intellectualis et ideo oportet quod omnis eius actio sit secundum intellectum unde libro de causis dicitur 7o capitulo dicendum quod angelus habet formas et virtutes et operationes intellectuales. Intellectus autem non agit nisi mediante voluntate quia motus voluntatis est inclinatio consequens formam intellectam Unde oportet quod quidquid angelus agit agat per imperium voluntatis Sed tamen considerandum est quod cum virtus sit media inter operantem et operationem oportet quod virtus et operatio cuiuslibet rei proportionetur essentie eius. Unde superiores angeli quorum est essentia nobilior est et virtus efficacior. sicut ad intelligendum Ita etiam ad agendum in res exteriores. Et secundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum quia nec virtutem nec essentiam habet infinitam. Ad primum ergo dicendum quod actio voluntatis angelice radicatur

in essentia eius aqua procedit
eius virtus et operatio. Sed ange-
li movent esse tamquam mobile quod ab
eo movetur ut dicetur in 8
physicorum. Et ideo oportet fieri angelum aliqualiter
coniunctum rebus quas movet.
Ad 2m dicendum quod quia actio vol-
untatis limitatur secundum modum esse,
non oportet quod angelus possit agere
omnia que potest velle etc.
Ad 2m sic proceditur. Videtur quod
angelus non possit esse in conve-
xo celi empirei. Dicit enim
Aristoteles quod in ultimo ut esse potest. Sed
extra celum empireum nichil
est, ergo non potest esse in convexo celi
empirei. Sic enim esset extra celum
empireum. Item videtur quod nec cor-
pus gloriosum ibi possit esse. Omne
enim corpus naturale est in loco esse.
Sed extra celum empireum non
est aliquis locus, ergo non potest esse corpus
gloriosum extra celum empireum.
Sed contra si non potest ibi esse vel angelus
aut corpus gloriosum, aut hoc
est quia non potest ibi ascendere
aut quia non potest penetrare profun-
ditatem celi empirei aut quia
indiget loco continente aut quia
indiget conservante. Sed hec omnia
remota sunt a perfectione corporis
gloriosi, multo fortius magis a dignitate
angelorum, ergo corpus gloriosum et
angelus possunt esse in convexo celi empi-
rei. Respondeo dicendum quod ad evidentiam huius
questionis notandum quod apud anti-
quos due fuerunt opiniones maxime
probabiles, quarum una fuit quod
locus sit quoddam spacium sive
dimensiones per se existentes, que
quidem opinio si vera esset cor-
pori debetur locus et hoc ipso

quod corpus est dimensionis huius
quas naturale est aliquas dimensio-
nes occupare. Sed hec opinio de
loco est a philosopho in 4° reprobata.
Unde alia opinio est eius quod locus
sit superficies corporis continentis. Non qui-
dem immediatum est huius corporis quod
immediate continet, alioquin sequeretur
quod corpus quiescens non semper
esset in eodem loco, puta si homo
staret in flumine per cuius cursum
continue renovarentur diverse
superficies aque circa ipsum. Sed super-
ficies corporis immediate continentis est quod
sit in loco ex ordine ad primum contin-
ens. Unde accipitur idem locus
secundum eundem sicut ad primum continens
et propter hoc locus est immobilis. Secundum
igitur hanc opinionem que vera est
naturalis existendi in loco convenit
corpori ex hoc quod dependet a primo con-
tinente, et propter hoc primum continens
non est in loco nisi per accidens et
secundum partes ut dicitur in 4° physicorum.
Angelus autem non dependet a primo
continente, nec est corpus gloriosum quod
perficitur per gratiam ex divina frui-
cione beatitudinis, et ideo nulla est necessitas
quod corpus gloriosum vel angelus ab ali-
quo locali corpore ambiatur, et
propter hoc nichil prohibet corpus glo-
riosum vel etiam angelum in convexo
celi empirei esse. Ad primum ergo dicendum
quod verbum istud Aristotelis intelligendum est
extra assertionem; non enim possibile
est quod aliquis sit in ultimo tamquam
in continente. Sed iste intellectus non facit
ad propositum. Ad 2m dicendum quod ratio
illa procedit de corpore dependente
a primo continente.
Deinde quesitum est de hiis
que pertinent ad hominem

et p(ri)mo de sp(irit)ualib(us) // 2° de corpa
lib(us) Circa sp(irit)ualia p(ri)mo de sc(ie)ntiis
2° de v(ir)tutib(us) 3° de pc(cat)is Circa sa
cramenta duo de bap(tis)mo et m(atri)mo(nio)
p(ri)mo de nec(essita)te baptismi uter(um) sc(ilicet)
puer qui nascitur in deserto ubi
non p(otes)t aqua h(ab)ri moriens sine
bap(tis)mo saluari possit in fide m(atr)is
fidelis // 2° de impedimento m(atrimoni)o q(uod)
p(ro)uenit ex bap(tis)mo utrum sc(ilicet) si
xp(ist)ianus qui baptizat iudeam cui
p(ri)mo dedit fidem desp(on)sando si bapti
zaretur (con)iugu(m) eam postea car
nali (con)mixtione m(atrimoni)um
Dicendum sic p(ro)c(edit)ur videtur q(uod) puer
i(n) deserto natus posset ab
sq(ue) bap(tis)mo saluari in fide pa
rentum. Non n(on) fides e(st) minoris effi
cacie t(em)p(or)e gr(ati)e q(ua)m t(em)p(or)e n(atur)e s(ed) tempore
legis nature saluabantur pueri
in fide parentum ut Gregorius dicit
ergo nunc etiam t(em)p(or)e gr(ati)e // p(re)t(er)ea p(er) xp(istu)m
non e(st) artata hominib(us) via salutis
cum ip(s)e dicat Joh(annis) x Ego ueni
ut vitam h(ab)eant et habundancius h(ab)eant
s(ed) ante xp(ist)i adventum saluabant(ur)
aliqui pueri in fide parentum ergo
multo magis nunc post xp(ist)i adventum
Sed (contra) est q(uo)d d(omi)n(u)s d(icit) Joh(annis) iii° Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et s(piritu)
s(ancto) non p(otes)t intrare in regnum celi // p(re)t(er)ea
dicendum q(uod) ab i(ps)a dampnacione q(ua)m homi
nem generis in (con)traxit p(er) pc(cat)um
p(ri)mi parentis nu(llu)s p(otes)t liberari n(is)i p(er) xp(istu)m
qui solus ab i(ps)a damp(nati)one (con)munis
in ueniatur. ita sc(ilicet) ut ei incorpor(e)t(ur)
sicut capiti membra // Hoc autem
t(ri)pl(ici)t(er) fieri p(otes)t p(ri)mo quidem p(er) su
sceptionem bap(tis)mi s(ecundu)m i(llu)d ad Galat(as) iii°
Omnes qui in xp(ist)o bap(tiza)ti estis xp(istu)m
induistis // 2° p(er) sanguinis effusionem
p(ro)p(ter) xp(istu)m quia p(er) hoc eciam ad
passionem xp(ist)i conformat(ur) aqua effi
caciam sortit(ur) bap(tis)mus unde dic(itu)r
de mirib(us) Apoc. ... q(uod) lauerunt
stolas suas in sanguine agni // 3° p(er)
fidem et dilectionem s(ecundu)m i(llu)d ad Hebreos
xv. P(ur)ificans et fidem purgant(ur)
pc(cat)a. Act. xv dic(itu)r fide purificans
corda eorum. Et p(er) fidem xp(istu)s
in habitat cordib(us) n(ost)ris ut h(abe)tur
Eph(esios) iii° unde et ip(s)e bap(tis)mus d(icitu)r
fidei sacr(amentu)m. Et s(ecundu)m hoc dicit(ur)
t(ri)plex bap(tis)mus sc(ilicet) aque sp(iritu)s et
sanguinis quia alia duo supplent
uicem bap(tis)mi aque si tamen assit
p(ro)positum suscipiendi illum bap(tis)mum
ita sc(ilicet) q(uod) articulus necessitatis non aut(em)
contemptus religionis sacr(amentu)m ex
cludat. Manifestum e(st) aut(em) q(uod) in pueris
non d(u)m h(ab)entib(us) usum rac(i)onis
non p(otes)t esse motus fidei et dilecti
onis aut p(ro)positum suscipiendi
bap(tis)mum et ideo non possunt saluari
nisi p(er) bap(tis)mum aque uel p(er) bap(tis)mum
sanguinis si p(ro)p(ter) xp(istu)m occidantur
ex quo non p(ro)p(ri)um s(ed) etiam
martires fiunt ut d(icit) Augustinus de in
nocentib(us). et sic p(at)z q(uod) ille puer
in deserto moriens sine bap(tis)mo sa
lutem non (con)sequitur. Ad primum ergo
dicendum q(uod) s(ecundu)m quosdam t(em)p(or)e legis
n(atur)e non sufficiebat ad salutem
paruulorum solus motus fidei in
parentibus s(ed) requirebatur aliq(uod)
exterior p(ro)testacio fidei p(er) ali
q(uo)d sensibile signum. et s(ecundu)m
hoc q(uod) non differt nisi q(uod) tunc
requirebatur ab eo q(uod) nunc
requiritur ad salutem nisi q(uo)d
nunc i(llu)d signum sensibile e(st) de t(er)
minatum. tunc aut(em) erat in

determinatum et devoto adhibebatur. Aliorum autem opinio est quod solum interior motus fidei relatus ad salutem pueri sufficiebat ad salutem pueri, nec tamen nunc diminuta est fidei virtus sed augmentatus fervor salutis quia nunc qui salvantur per Christum statim intro ducuntur in regnum celorum quod tunc non erat. Unde non est inconveniens si nunc ad hoc aliquid amplius requiritur scilicet baptismus ut dicitur Joh. iiio. Ad 2m dicendum quod per Christum in hoc ipso est applicata hominibus via salutis quod per eum aperta est eis ianua vite eterne que ante clausa erat per peccatum primi parentis.

Ad 2m sic proceditur videtur quod non possit esse matrimonium inter christianum et iudeam baptizatam ab eo quam catechizavit vel convertit per fidem de contrahendo data. Dicitur enim in decretis 30. q. 1. quod filius sacerdotis non potest ducere in uxorem puellam quam pater baptizavit. Ergo multo minus si ipse eam baptizavit non possit eam habere in uxorem. Si ergo iste christianus baptizavit iudeam non potest eam in uxorem accipere. Sed contra est quia 2m iura quando post fidem datam de contrahendo per verba de futuro sequitur copula carnalis est matrimonium presumptum presumptione iuris contra quam non admittitur probatio, sed ita est in proposito ergo est verum matrimonium. Respondeo dicendum quod spiritualis cognatio impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum. Manifestum autem est quod quia christianus baptizavit iudeam constituitur inter eos spiritualis cognatio quod ipsa sit filia eius spiritualis. Unde non est matrimonium sequens etiam si ex prius contraxerat per verba de presenti et etiam si subsequatur carnalis copula. Et per hoc patet responsio ad obiecta nam quod dictum est de presumptione iuris intelligendum est quando non intervenit aliud impedimentum matrimonii.

Deinde quesitum est de virtutibus primo quantum ad fidem utrum scilicet certitudo adhesionis que est in heretico vel malo catholico sit actus ipsius fidei virtutis. 2o de quibusdam pertinentibus ad religionem sive ad latriam. 3o de quibusdam pertinentibus ad caritatem.

Ad primum sic proceditur videtur quod certitudo adhesionis in heretico vel malo catholico sit actus fidei virtutis quia secundum philosophum in 2 ethicorum tria sunt in anima potentia passio et habitus. Sed ista certitudo adhesionis non potest attribui potentie quia est motiva vel demotiva potentie. Aut non meretur neque demeretur. Similiter non potest pertinere ad passiones quia passiones pertinent ad appetitum sensitivum quem non excedit ubi ad hoc quod non in habeat virtutem. Sine ergo relinquitur quod pertineat ad aliquem habitum. Sed habitus ad quem pertinet certitudo adhesionis est virtus fidei. Ergo certitudo adhesionis in heretico vel malo katholico est actus ipsius fidei. Praeterea omne quod agit ad similitudinem alicuius videtur agere in virtute illius. Sed hereticus per certitudinem ad heresis habitus que credit agit secundum similitudinem fidei quia in tantum certitudinis in heresi in quantum estimat se veram fidem habere. Ergo operatur in virtute fidei

et ita vr. q i^a cti^do adhesionis
sit actus virtutis fidei. // Sed co. firmi
tas spiritualis edificii est a fide secundum
illud math. vii venerunt flumina flauerunt
venti et non potuit mouere eam
fundata enim erat supra firmam pe
tram scilicet per fidem sed certitudo adhesi
onis ad firmitatem spiritualem per
tinet ergo actus est virtutis fidei // Sed
contra quod non est non potest agere sed in heretico
vel malo katholico non est virtus fidei ergo
certitudo adhesionis non potest esse actus
virtutis fidei. Respondeo dicendum quod si quis id
quod est contra veritatis accipiat ut verum
non mirum est quod decipiatur. certitudo
autem adhesionis non est propria virtutis
fidei / primo quidem quia convenit virtu
tibus intellectualibus puta sapientie scientie et
intellectui // 2° quia convenit non solum
fidei vere sed etiam fidei false. sicut
enim est opinio vera et falsa. Ita et fides
nec minus sunt inherentes aliqui veritati
quam falsitati ut philosophus dicit in 7 ethicorum. 3°
quia certitudo inhesionis non semper
provenit ex aliquo habitu sed ex proprio
arbitrio quod potest assensum suum fir
mare ad aliquid verum vel falsum antequam
habeat habitum / ergo quia certitudo in heresi
non pertinet competit fidei formate que
est virtus sed etiam fidei informi que
non est virtus // dicendum est actus false
fidei. In malo autem katholico est
actus fidei informis et sic non necessario
est virtus fidei. Ad primum ergo dicendum quod
distinctio illa datur de hiis que
sunt in anima per modum principii actus nam
omnis operatio anime est ex aliqua
passione aut ex aliquo habitu aut
ex pura potencia humana. autem certi
tudo inhesionis non potest esse ex pa
tione. In malo autem katholico

Nota quod in heretico certitudo inhesionis

est ex habitu fidei informis. sed
in heretico est vel ex habitu proprio
fidei vel ex pura potentia. sicut in
primis angelis habitum acquisierunt/
Non enim potest dici quod per ipsa fides
sit habitus infusus. quod autem dicitur
quod potentia non inveniuntur neque de
veniuntur si sic intelligatur quod non inve
niuntur neque deveniuntur hoc ipso magis
homines produces verum est / Si autem sit
intelligatur quod pura non possit pro
esse principium inveniendi neque deveniendi
verum est quantum ad initium quod non
potest esse sine gratia. non est autem
verum quantum ad devenitum aliorum
id est qui a principio peccat aliquando ac
quirerit habitum vitiosum non
deveniretur // Ad 2^m dicendum quod aliquis
potest agere secundum similitudinem alicuius
duplex uno modo secundum similitudinem veram
et sic vere agit aliquis in virtute
illius. alio modo secundum similitudinem apparentem
et sic agit in apparenti virtutis illius
et ita est in proposito Unde in heretico
certitudo adhesionis est actus fidei
apparentis // Ad 3^m dicendum quod sicut
ex fide vera procedit firmitas edi
ficii spiritualis. Ita ex fide falsa pro
cedit firmitas diabolici edificii

Circa deinde ad actus latrie
sive religionis quesita sunt
iiii^or. 1° de celebratione
festorum utrum scilicet liceat celebra
re festum conceptionis domine nostre
2° de solutione officiorum utrum
scilicet clericus habens beneficium cum cura
vel sine cura exemptus in scolis te
neatur dicere officium mortuorum
3° utrum episcopus peccet dans beneficium
bono meliore pretermisso / 4° de
solutione decimarum utrum

sed aliquis pauper tenetur de
cimas dare diviti sacerdoti
Decimum sic procedebatur videtur
quod liceat celebrare conceptionem
dive marie. si enim non liceat
hoc non est nisi quia fuit con
cepta in originali peccato. sed non
fuit concepta in originali peccato
ut videtur quia beata virgo fuit
speciali modo templum dei quod de
buit ad hoc specialiter preparari. non
autem preparata est specialiter secundum corpus
quod conceptum est ex semine commix
tione viri etc. secundum quod ab adam quod
etiam alibi legimus sanctificata
in utero et ita relinquitur quod
fuit specialiter preparata per immunitatem
ab originali peccato et sic licet
eius conceptionem celebrare. Sed contra
est hoc privilegium solius christi
ce quod sine peccato originali est con
ceptus non ergo conceptio beate vir
ginis est et ita eius conceptio
non est celebranda. Respondeo dicendum
quod hic inducuntur due rationes
una principalis et alia accessoria
scilicet utrum fuit concepta in originali peccato
cum oz (?) primo determinari // Est igitur
considerandum quod unusquisque peccatum
originale contrahit ex hoc quod fuit
in adam secundum seminalem rationem
ut Augustinus dicit super genesim ad
literam / Omnes autem alii adam
fuerunt secundum seminalem rationem qui non
solum ab eo carnem acceperunt
sed etiam secundum rationem seminalem originem
ab eo sunt propagati. et sic pro
cessit ab adam beata virgo quod
nata fuit per commixtionem se
minis sicut et ceteri et ideo concepta
fuit in originali peccato. et in

cluditur in universitate illorum de
quibus apostolus dicit Ro. v in quo
omnes peccaverunt. a qua universitate
solus christus excipitur qui in adam
non fuit secundum seminalem rationem
Alioquin si hoc aliter conveniret
conveniret cum christus non indigeret
christi redemptione et ideo non tunc [illegible]
dignitatem dive marie quod subtrahatur aliquid
honoris filio qui est salvator omnium
hominum ut dicit apostolus i ad thimotheum iiii.
Credimus autem beatam virginem in originali
conceptam fuisse creditur tamen in utero
fuisse sanctificatam antequam nata
et ideo circa celebrationem conceptionis
eius diversa consuetudo ecclesiarum solent (?)
Nam Romana ecclesia et plures alie
considerantes conceptionem virginis in
originali peccato fuisse festum con
ceptionis non celebrant Alie
vero considerantes sanctificationem
eius in utero cuius tempus ignoratur
celebrant conceptionem credentes cum
quod cito post conceptionem et animationem infusio
nem fuit sanctificata. sed illa cele
britas non est referenda ad conceptionem
ratione conceptionis sed potius ratione
sanctificationis Sic igitur non est ideo ce
lebranda conceptio predicta quia
fuit sine peccato originali concepta.
Non enim per hoc tollitur quin fuit
specialiter ceteris preparata eo quod in ipsa
sanctificatione copiosius ceteris munus
gratie accepit non solum ut mundaretur (?)
purgaretur a peccato originali sed ut
tota eius vita redderetur immunis
ab omni peccato tam originali quam veniali
ut dicit Augustinus
Undecimum sic procedebatur videtur quod
clericus beneficiatus teneatur
in scolis exequias dicere officium mor
tuorum. Ille enim qui recipit bona
temporalia alicuius tenetur ei in spiritualibus

Nota licet thomas [illegible] precedentes (?) [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod non fuit in originali concepta [illegible] [illegible] [illegible]

recipit nunquam

recompensationem. sed ille clericus ac-
cipit bona que fuerunt defunctorum
ergo tenetur potius dicere officium
mortuorum. Et quod ille qui nunquam
tenetur. sed clericus qui in scolis
moratur nunquam recipit quam alii
qui in ecclesia residenciam faciunt
qui recipiunt cottidianas distri-
buciones ergo non tenetur ad officium
mortuorum sicut illi. Respondeo dicendum quod
clericus ex hoc ipso quod est clericus et
precipue in sacris ordinibus constitu-
tus tenetur dicere horas cano-
nicas. videntur enim tales specialiter
esse assumpti ad laudem divinam
secundum illud ps. xlii dicentem qui in domo
ut non memini in laudem tuam
tenam illos. sed iuxta hoc est clericus
beneficiatus in ecclesia tenetur dicere
officium secundum morem illius ecclesie
est ergo considerandum quod officium
mortuorum quando est in ecclesia debet
sicut ordinarie pertinens ad ecclesie
officium. sicut in tota ecclesia in die
animarum dicitur officium pro mortuis
et in aliqua ecclesia est aliqua super hoc
specialis consuetudo puta ut dicatur
ordinarie officium mortuorum semel
in septimana vel qualitercumque aliter.
secundum eciam tempus et ad huiusmodi
officium tenetur clericus beneficia-
tus in aliqua ecclesia etsi in scol.
comorans et per hoc satisfaciat mor-
tuis quorum recipit bona. Ali-
quando vero dicitur officium mortuorum
in ecclesia ex ordinatione pro aliqua
causa speciali emergentem
puta ad preces alicuius persone vel
pro aliquo huiusmodi et ad huiusmodi
officium mortuorum non tene-
tur clericus comorans in scolis. Et
per hoc patet responsio ad obiecta.

Ad 3m sic procedebatur. Videtur quod
episcopus peccat dans beneficium
bono si pretermittatur melio-
rem. quia qui facit contra conscienciam
edificat ad Jehenam. sed iste episcopus
pretermittens meliorem videtur
facere contra conscienciam ergo peccat mor-
taliter edificans ad iehennam.
Et quod est quod secundum mentem sufficiat
dare bono si sit ydoneus ad sin-
cerum in ecclesia. Respondeo dicendum quod aliquis
potest dici melior simpliciter vel mi-
nus simpliciter quia scilicet est sanctior plus
habens de caritate. Alio modo dicitur
aliquis esse melior quo ad
aliquid. contingit autem quandoque ali-
quem esse meliorem simpliciter qui
tamen non est melior quantum ad hoc
quod beneficium recipit quia alius
forte potest eciam magis iuvare
vel per consilium sapiencie vel per auxilium
potencie. vel quod sumit in ecclesia. unde
ergo episcopus tenetur dare meliori
quo ad hoc non enim potest esse quod
divina proferat alteri nisi propter aliquam
causam que si prudens pertineat
ad honorem dei et utilitatem
ecclesie. nam quantum ad hoc iste est
melior. si autem 1a causa ad hoc
non pertineat erit acceptio perso-
narum que tanto est gravior
quanto in rebus divinis committitur.
Unde super 1a Jaco. 2o tu sede hic
bene etc. dicit glossa. Augustinus Si hanc
distanciam sedendi et standi ad
honores ecclesiasticos referamus
non est putandum leve esse peccatum
in personarum acceptione habere fidem
domini glorie. quis enim ferat eligi
divitem ad sedem honoris ecclesie
contempto paupere sanctiore et in-
structiore. Et per hoc patet responsio ad ob-
iecta.

a Deinde sit pro[?] videtur quod pau-
per non teneatur solvere
decimas diviti sacerdoti
p Ideo enim institutum est ut decime
solvantur ad sustentacionem mini-
strorum ecclesie. Sed sacerdos dives habet
alias unde sustentetur. Ergo non sunt
ei decime solvende et precipue
a paupere. Preterea in multis terris decime
non solvuntur quod tamen prelati conni-
venent si homines ex necessitate iure
divino decimas solvere tenentur.
Non ergo videtur quod precipue pauperes
teneantur solvere decimas di-
vitibus sacerdotibus. Sed contra est quod dicitur
dist. // cap. 23 dicitur Hec oportuit
facere scilicet iudicium et veritatem
et illa non obmittere scilicet ea que per-
tinent ad decimarum solucionem.
Preterea Luce 18 a divite dicitur Deci-
mas do omnium que possideo. Respon-
deo quod sicut philosophus docet in 2 ethicorum
medium iusticie accipitur non solum
quo ad nos sicut in aliis virtutibus
sed eciam secundum rem. Quia scilicet in aliis
virtutibus attenduntur diverse condicio-
nes personarum secundum quas medium di-
versificatur sicut cibus quod est
multum uni est paucum alteri
vel moderatum. Sed in iusticia
non variatur medium secundum diversas
personarum condiciones sed attenditur
solum ad quantitatem rei quia enim
emit rem alienam aliquam
debet tantum solvere quantum valet sive
a paupere sive a divite emat.
Reddere autem debitum iusticie est
actus. Ideo ad hoc quod aliquid reddatur
cui debetur non refert
utrum sit dives vel pauper. De-
cime autem sacerdotibus debentur
in quantum quidem secundum ius natu-
ralis enim hoc dictat ut illi qui
populo in spiritualibus laborant a populo
stipendia sue sustentacionis accipi-
ant et secundum hoc etiam in novo te-
stamento est iure divino preceptum.
Unde ut dicitur 1 ad Cor. 9 dominus
ordinavit hiis qui evangelium annunci-
ant ut de evangelio vivant. Sed in
lege veteri iudiciali precepto taxata
est quantitas eius quod ministris dei est
a populo solvendum scilicet decima. Et
hoc eciam ecclesia statuit in populo christi-
ano solvendum. Unde cum sacer-
dotibus decime debeantur tum
ex iure naturali tum de iure divi-
no tum ex constitucione ecclesie quamvis
sacerdos sit dives vel e converso pauper
tenetur ei solvere decimas. Ad primum
ergo dicendum duplex uno modo quod dicatur
quod decimarum solucio instituta est non
solum ad sustentacionem ministrorum
ecclesie sed eciam ad sustentacionem pau-
perum quibus de decimo dei providendum
est unde Malachie iii. Inferte omnem
decimacionem ut sit cibus in domo
mea. Et sic sacerdoti qui non solum
sibi sed pauperibus providere debet quantumcumque
diviti sunt decime dande. Alio
modo potest dici quod necessitas sustenta-
cionis ministrorum fuit racio ecclesie in-
stitucionis de decimarum solucione
sed ex quo effectum est aliquod debitum
per statutum ecclesie, ubique ei debetur
quamvis sit dives. Ad 2m dicendum quod
sicut paulus laudabiliter non acce-
pit sumptus qui sibi [illegible] evangelium
debebantur ne aliquod impedimentum fieret
evangelio aut scandalum fidelibus
Christi, non tamen illi peccabant non
ministrantes sumptus quos apostolus
sibi debitos remittebat. Ita etiam
prelati ecclesie laudantur si tamen non

exigendo decimas in terris illis in
quibus propter dissuetudinem timent
scandalum, quam non peccant illi
qui non solvunt decimas in terris
in quibus non est consuetum. Peccarent
autem si obstinate dare recu-
sarent. Et ideo ut hinc prelati subveniant
predicatores in terris illis non exigunt
decimas.

Consequenter quesitum est de actibus
caritatis, et primo de obediencia
utrum scilicet sit magis meritori-
um obedire prelato vel facere aliquid
ad deum fratribus. 2º de elemosina

.ii. Dicendum sic procedebatur. Videtur quod ma-
gis sit meritorium obedire prelato
quam facere aliquid ad deum fratribus
maiori enim merito magis debetur
oppositum. Sed magis demeretur ille qui
est inobediens prelato quam ille qui
non assentit dicto fratris. Ergo et magis
meretur aliquis obediendo prelato
quam assentiens dicto fratris. Sed contra est
ubi est maior humilitas ibi vi-
detur esse maius meritum quia humilibus
dat deus graciam ut habetur Jaco-
bi 4º. Sed maioris humilitatis videtur esse
quod aliquis se equali se subiciat fa-
ciens aliquid ad dictum eius quam quod aliquis
subiciat se superiori obediens prelato.
Ergo magis videtur esse meritorium quod
aliquis faciat ad dictum fratris quam
quod obediat prelato. Respondeo dicendum quod
aliquis actus potest dici magis meritori-
us dupliciter. Uno modo ex genere operis
et sic ille actus est magis meritorius
qui est ex excellencioris virtutis. Manifestum
est autem quod karitas per quam aliquis facit
quod est excellencior virtus quam
satisfacit beneficencia qua quis facit proxi-
mo sicut est diligere deum
est magis meritorium quam diligere
proximum. Quod autem aliquis
faciat ad dictum fratris pertinet ad
amiciciam vel beneficenciam qua
quis diligit proximum. Quod autem obe-
diatur prelato, inquantum dei est
minister, pertinet ad religionem
qua quis colit et diligit deum
et ideo magis est meritorium quam quod
aliquis faciat aliquid obediens
prelato vel servans votum quam
si aliquis faciat ad dictum fratris.
Alio modo potest dici aliquis actus ma-
gis meritorius ex eo quod procedit
ex maiori caritate licet sit minus
ex suo genere. Et sicut nichil prohibet
magis mereri illum qui
facit aliquid ad dictum fratris. Ad primum
ergo dicendum. Ad 2ᵐ dicendum quod
ille qui facit aliquid ad dictum fratris
facit ipsa sponte duci amoris
humilitatis. Secundum est quam quod
aliquis obediat prelato tamquam
superiori.

Consequenter quesitum est de elemo-
sina electorum. 2º de elemo-
sinis que fiunt promoventibus

12 Dicendum sic procedebatur.
Videtur quod clerici peccent mortaliter
si ea que eis superfluunt in elemosinas
non largiantur. Quia sicut dicitur Luce
3º qui habet duas tunicas det
unam non habenti. Dicit glossa: De dua-
bus tunicis dividendis datur preceptum
quia si una dividatur nemo
vestitur in dimidia tunica et
nudus remanet qui accipit et
qui dedit. Sed largicionem dimidie
tunice intelligit largicionem eorum que
superfluunt ad necessitatem vite ut
patet per ea que medium glossa ponit
tantum. Ergo dare superflua est in pre-
cepto. Sed qui transgreditur pre-

ceptum peccat mortaliter, quia qui
non dat superflua pauperibus
peccat mortaliter / preceptum
plus obligat quam consilium / sed
dare omnia que quis possidet est
consilium. et tamen ad hoc homo ob-
ligatur in casu extreme necessitatis
ergo etiam extra casum extreme
necessitatis tenetur aliquis super-
flua dare pauperibus cum sit hoc
in precepto / et ita qui non largitur
peccat mortaliter. Preterea quicumque con-
sumit quod est alterius tenetur ad
restitucionem sed bona clericorum sunt
pauperum ut patet per glosam Ieronimi
super illud Ysaie 3o / Rapinam
pauperum in domo vestra quod si clerici
inutiliter bona ecclesiastica consumant
tenentur restituere pauperibus
aliunde si habuerint / Preterea quicumque
facit se impotentem ad id quod
tenetur facere peccat mortaliter / sed
clerici facientes superfluas expen-
sas se faciunt impotentes ad
subveniendum pauperibus ad quod te-
nentur ergo videtur quod peccant
mortaliter // Sed in contrarium videtur
esse consuetudo que apud mul-
tos prevaluit / Respondeo dicendum quod ali-
ter se habere circa bona patrimonia-
lia et circa bona ecclesiastica / nam bo-
norum patrimonialium vel licite ac-
quisitorum homo verus est dominus
unde secundum pertinet ad condicionem
ipsius rei potest re sua uti ut
vult et ex hac parte non accidit
peccatum potest tamen peccatum accidere ex in-
ordinato modo utendi. vel propter
immoderanciam sumptuum scilicet inutili-
ter consumit bona propria. vel alii quia
ex utroque enim modo corrumpitur
virtus ut dicitur in 2o ethicorum / Bonorum

vero ecclesiasticorum ... clerici
pauperum ... de altari
... et ...
restituere sibi ...
... de furto de rapina ...
...

vero ecclesiasticorum clerici non sunt vere
domini sed dispensatores secundum illud 1a ad
Corinthios / Dispensacio autem michi cre-
dita est. Pertinet autem ad dispensa-
torem ut fideliter distribuat ea que
eius dispensacioni committuntur secundum illud
1 ad Corinthios 4o Hic iam queritur
inter dispensatores ut fidelis quis
inveniatur / Infidelitas autem potest peccatum
dupliciter contingere. Uno modo ex condicione
ipsius rei dum scilicet dispensator usurpat sibi
quasi rem propriam et in usus suos
convertit id quod est aliis erogandum
Alio modo ex inordinato usu eorum que
in potestatem suam redeunt / sicut etiam de
aliis dictum est. Verum quia horum dispensacio
fidei dispensatoris committitur ut
dictum est. Si quis bona fide dispensat
ecclesiastica bona in actionibus quod bene convenit secundum
condicionem status et persone et aliis lar-
gitur secundum quod ei videtur bona fide ex-
pedire non peccat mortaliter. si forte
etiam aliquis aliquid plus in suos usus
convertat quam oporteat. talia enim in singulis
casibus non possunt per omnimodam certi-
tudinem diffiniri. Verum si non sit multus
excessus potest compati bonam fidem dispen-
satoris. Si vero multus excessus fiat non
potest latere et ita non potest cum bona fide
dispensatoris hoc agi. si autem non servat
bonam fidem in dispensando peccat
mortaliter // Ad primum dicendum quod sicut Augustinus
dicit in libro de sermone domini in monte Illa
precepta que dominus tradidit Mathei 5.
Qui percusserit te in dexteram maxillam
prebe ei et alteram et alia que ibi se-
quuntur sunt intelligenda secundum preparacionem
animi ut scilicet homo sit paratus hoc facere
quando necessitas hoc requirit. Verum non semper
est peccatum mortale quod homo hoc non
facit. sed quando videtur necessitas imminere
si non faciat tunc peccat mortaliter

Et eadem est ratio de hoc precepto qui habet
duas tunicas det non habenti et de si-
bus similibus Quia non semper peccat mor-
taliter quotienscumque non dat pauperi quod
superfluum est quibus necessitas imminet
quibus autem sit talis necessitas quod obliget
ad peccatum mortale non potest bene determinari
sed committitur prudentie et fidei dispen-
satoris. Unde si bona fide det quibus
ei videtur expedire minimus incaptus
aliquin mortaliter peccat // Ad 2m dicendum quod
licet eadem que sunt consilia cadunt
sub precepto secundum applicationem, verbi gratia cum
consilium est pro fratre quod homo tra-
dat animam suam pro fratribus suis, et tamen hoc
cadit sub precepto secundum applicationem. secundum illud
prima Jo. iii. Et nos debemus pro fratribus animam
ponere et similiter dare omnia sua pa-
uperibus cadit sub precepto secundum applicationem
ut scilicet homo sit paratus hoc facere si
necessitas immineat. Unde tamen necessitas
requiritur ad superflua erogandum quod ad omnia
exhibenda. tamen hoc tantum rem vel [?] de-
terminari non potest sed committitur prudentie
dispensatoris ut dictum est // Ad 3m dicendum
quod bona ecclesiastica non sunt solum di-
spensanda pauperibus, sed etiam ecclesie
ministris Unde secundum canones debent dividi
hoc modo ut aliqua pars cedit in usus
pauperum et alia in usus ministrorum
et cultum ecclesie Aliud quod dicendum est de
illis ecclesiasticis bonis que principaliter
sunt attribuenda utilitatibus pauperum
et sunt utilitatibus ministrorum. sicut sunt
hospitalium et aliorum huiusmodi et aliud
de istis bonis que sunt principaliter attribu-
enda usibus ministrorum sicut sunt prebende
clericorum et alia huiusmodi / Nam in primis
bonis peccatum committitur non solum ex ab-
usu sed etiam ex ipsa rerum consumptione. Cum
aliquis in suos usus assumit quod est al-
terius et non tenetur ad restitutionem
[ado?]

tamquam de fraudator rei aliene
In istis vero bonis non committitur
peccatum nisi per abusum sicut et
de bonis patrimonialibus dictum
est Unde non tenetur quis ad re-
stitutionem sed solum ad penitentiam
peragendam / Ad 4m dicendum quod
necesse moderatus usus diviciarum
necesse bona fides dispensatoris
[?] Nam in eo qui scienter
superfluas expensas facit in
voluptuosis conviviis et aliis
huiusmodi superfluitatibus et sic non
est dubium quin in talibus peccet
mortaliter. Unde dicitur Mt. 24 e. Si
dixerit malus servus ille in cor-
de suo moram facit dominus meus
venire et ceperit percutere conservos
suos quod pertinet ad superbiam et
crudelitatem manducet autem
et bibat cum ebriosis quod pertinet
ad superflua et voluptuositatem
[?] / veniet dominus servi illius
in die qua non sperat et
hora qua ignorat et dividet
eum a societate sanctorum partemque eius
ponet cum ypocritis scilicet in infer-
no ubi subditur Ibi erit fle-
tus et stridor dentium / Si autem
aliquis non multum in talibus
excedat potest bona fide fieri
ab aliquo qui vult secundum de-
centiam sui status morem
gerere cum quibus convivit

Tunc quesitum est de ele-
mosinis que fiunt pro mor-
tuis Et circa hoc quesita sunt
duo primo utrum mortuus patia-
tur aliquod detrimentum si ex-
ecutor eius differat dare
elemosinas quas ipse in testa-
mento dare mandavit // 2o
utrum executor licite possit

differre distribucionem elemosinarum
ad hoc quod res defuncti melius ve
ndantur imposterum etc.
13 De primo sic procedebatur videtur quod
mortuus non detrimentum
senciat ex hoc quod elemosine
quas mandavit dari retardantur.
huiusmodi enim retardacio provenit ex ne
gligencia executoris sed negligencia huius
modi non imputatur alteri ergo
nullum detrimentum mortuus patitur
ex huiusmodi tarditate Sed contra est quod propter
huiusmodi tarditatem retardantur oraciones
et sacrificia que fiunt pro anima defuncti
ex quibus plurimum iuvaretur ergo ex
huiusmodi tarditate patitur detrimentum
Respondeo dicendum quod hic opus est duplici
distinccione Primo quod ex parte ipsius
detrimenti distinguendum est duplex
detrimentum Nam quoddam est de
trimentum quod pertinet ad tollerancia
m pene sicut illud .i. ad corporum meritum
Sicut cum opus aliter fit detrimentum
paciatur Aliud autem est quod pertinet
ad subtraccionem remedii Secundo est
distinguendum est ex parte elemosine etc.
ad post eas consideran et detrimentum
ipsius elemosine et effectus ipsius
Quantum ad primum admittunt elemosine vel
aliud detrimentum patitur defunctus
non quidem ut propter huiusmodi tarditatem
puniatur sed quia remedium ei
non adhibetur dum suffragia
differuntur ex quibus plurimum iu
varetur Ad primum ergo dicendum quod negligentia
huius non imputatur
alteri ad peccatum potest tamen redundare
in alterius dampnum ad effectum remedii
sicut quod unus homo ab alio iuvari
potest.
12 De secundo sic procedebatur videtur
quod executor debet tardare
distribucionem elemosinarum ad hoc
quod res defuncti melius vendantur Quia
quanto ex hoc sequitur quod plures elemosinas
poterit facere pro defuncto ex quibus de
functus magis iuvabitur ergo si
differat videtur quod laudabiliter et fideliter
hoc faciat Sed contra est quod ex tarditate
elemosinarum sequitur retardacio
remedii quo forte diu defunctus
indiget ergo videtur quod ex huius retar
dacione sinctur defunctus propter cuius
sui munctur Respondeo dicendum quod mora modica
modici temporis non videtur esse magnum
periculum Unde si executor per modicum
interim tempus elemosinam dare
differat ut rebus defuncti melius
venditis ampliores elemosinas
dare possit laudabiliter hoc facit.
si non ergo pro multum tempus dif
ferat elemosinas distribuere ut
etsi multum ampliores elemosinas
faciat non videtur esse sine culpa quia
forte defunctus a purgatorio liberaretur
interim in quo remedium suff
ragiorum maiore indiget. hoc
autem requirit prudens executoris
examen ut scilicet considerata dilacione
temporis et condicione persone que citius
ticius vel tardius liberanda et ex
quantitate augmenti elemosinarum fa
ciat quod videbitur expedire defuncto
Unde questionem de peccato
Et circa hoc quesita sunt tria Primo
de peccato originali utrum scilicet ille qui
baptizatus est transmittat peccatum
originale in prolem Secundo de peccato
actuali in generali quid scilicet sit
prius utrum aversio ab deo vel conversio ad
commutabilem bonum 3o de mendacio
quod mendacium sit genus utrum illud
quod sit verbo vel illud quod sit facto
De primo sic procedebatur videtur quod ille qui 14
est baptizatus non transmittat
peccatum originale in prolem
In eo enim qui nascitur tria pui

considerari scilicet corpus anima et unio utriusque secundum non contrahit peccatum originale secundum corpus quod trahit a parentibus quia parentes erant totaliter a peccato originali infecti simul etiam nec secundum animam quia recipit ex creatione dei in quem peccatum non cadit et per consequens neque eciam per unionem utriusque. ergo ille qui nascitur ex baptizatis nullo modo contrahit peccatum originale // Secundum 3 est quod remedium non adhibetur ei qui solvitur secundum baptismum qui est medicinale remedium contra omnis originalis peccati adhibetur parvulis baptizatorum filiis secundum quem ecclesie consuetudinem ergo proles baptizatorum filii cum originali peccato nascuntur // Tertio dicendum quod peccatum quod ex transgressione primorum parentum in omnes posteros originatur dimanavit non abolet nisi per gratiam Christi qui de peccato dampnavit peccatum in carne ut dicit Ro. unde secundum hoc quodam ordine pag. Nam primo instituit primus vite preservavit gratia Christi removetur peccatum originale quantum ad inquinationem anime scilicet ut non imputetur homini ad culpam. tamen non quantum ad corruptionem fomitis in carne unde apostolus dicebat Ro. 7. Ego ipse mente autem legi peccati in quantum caro concupiscit adversus spiritum. Unde homo baptizatus secundum mentem vivit in novitate spiritus. secundum carnem tamen nunc adhuc retinet vetustatem ade et ideo sicut per spiritualem generationem Christi si per eum aliquos producit filios in Christo absque peccato. Ita etiam secundum generationem carnalem producit filios in vetustate ade cum peccato originali et per hoc patet responsio ad obiecta

Ad 2m sic proceditur. videtur quod in peccato actuali prius sit aversio quam conversio // aversio enim importat recessum a termino. conversio autem accessum

// Primo lege di... enim ...

16

ad terminum secundum in motu corporali prius est a... recessus quam accessus ad terminum ergo et in spirituali motu prius est aversio quam conversio Secundum 3 est quod dicit dionysius 4o capitulo de divinis nominibus. Nemo intendens ad malum operatur secundum intendens ad bonum. ergo prius omnis peccator convertitur per appetitum ad bonum commutabile quam avertatur a deo Tertio dicendum quod peccatum principaliter in voluntate consistit. Unde Augustinus dicit quod ad voluntatem ... principaliter intenditur quod est prius et ideo in peccatis in quibus principaliter intenditur fruitio boni commutabilis sicut in luxuria avaricia et similibus prius est naturaliter conversio quam aversio que non est principaliter intenta secundum preter intentionem consequitur ex inordinata conversione In peccatis autem in quibus directe intenditur aversio a deo sicut est infidelitas desperatio et alia huiusmodi prius est aversio ab incommutabili bono et post ea conversio ad commutabile bonum sicut patet in illis qui desperantes seipsos tradunt impudicicie ut dicitur 4 ethicorum // Ad 1m ergo dicendum quod cum in motibus corporalibus recessus et accessus ... sit in executione accessus tamen ad terminum prior est in intentione in qua consistit peccatum: —

Ad 3m sic proceditur 1a

videtur quod maius peccatum sit cum aliquis mentitur facto quam cum aliquis mentitur verbo maius est peccatum tunc videtur cum aliquis mentiendo abutitur eo cui magis creditur secundum sicut Anshelmus dicit in libro de veritate magis creditur factis quam verbis ... peccat ... factis quam verbis

Sed quod est sicut Augustinus dicit in libro de doctrina christiana inter omnia signa principatum locum tenent verba inter homines aut abutitur id est qui verbo mentitur ergo videtur quod grauius peccat ille qui mentitur verbo quam ille qui mentitur facto

Respondeo dicendum quod sicut Ambrosius dicit in quodam sermone non solum in falsis verbis sed etiam in simulatis operibus mendacium est. Peccatum autem mendacii principaliter quidem consistit in intencione fallendi vnde ille qui dicit falsum quod putat esse verum non mentitur magis autem est verus mendax ille qui dicit verum quod putat esse falsum ut patet per Augustinum in libro de mendacio. Cum enim eadem intencio fallendi sit in eo qui mentitur verbo et in eo qui mentitur facto vterque equaliter peccat. verbum enim et factum assumuntur vt instrumenta fallendi vnde non refert quantum ad peccatum mendacii vtrum aliquis verbo vel scripto vel nutu vel quocumque facto mentiatur. Sicut non refert quantum ad peccatum homicidii vtrum si aliquis gladio vel petra interficiat hominem. Et per hoc patet responsio ad obiecta

18 Circa questionem de vita corporalis hominis vtrum scilicet aliquis possit esse naturaliter vel miraculose simul virgo et pater. Et videtur quod possit esse miraculose simul virgo et pater quia pater et mater simul sunt generationis principia sed aliqua mulier miraculose fuit virgo et mater. ergo pari racione aliquis vir miraculose potest esse pater et virgo. Item videtur quod hoc possit esse absque miraculo quia demones incubi possunt furari semen viri dormientis in sompniis polluti et effundere in matricem mulieris ex quo quidem semine potest concipi proles. cuius quidem pater non est demon sed ille ex cuius semine generatur quod agit in virtute eius a quo est resolutum. ergo videtur quod etiam absque miraculo non potest aliquis esse virgo simul et pater. ergo pari racione nec vir absque miraculo potest esse simul virgo et pater. Item videtur quod nec per miraculum quia si filius dei qui natus est miraculose de virgine ex alia parte corporis virginalis carnem assumpsisset quam ex illa vnde mulier naturaliter concipit puta de manu vel pede non diceretur filius virginis sicut nec Eva dicta est filia Ade quamuis sit formata de costa eius sed non posset contingere salua virginitate viri quod ex eadem parte corporis et in eodem loco per eum generaretur sicut naturaliter generatur ergo nec etiam miraculose fieri posset quod aliquis simul esset virgo et pater. Respondeo dicendum quod ad huius euidenciam videre oportet quid ad virginitatem requiritur. Requiruntur autem tria ad eius perfectionem quorum primum est principale et formale scilicet electio et intencio voluntatis sicut et in aliis moralibus. Secundum est aliud ex neccessitate ad virginitatem requiritur quod assit alicui assidua voluntas non experiendi delectationem veneream. Tercium autem est materiale scilicet passio appetitus sensitiui scilicet delectatio quam quis experitur in actu venereo cuius privacio refertur ad perfectam virginitatem mulieris. Nam passiones sensitiue sunt materia virtutum moralium. Si tamen post electionem proprie voluntatis hoc desit puta cum quis in sompnio polluitur vel cum mulier per violentiam ab hoste

est

Sed quod mulier absque miraculo non potest esse simul virgo et mater

pn° oes

opprimitur / non perit virtus virginitatis
ut patet per Augustinum in j° de civitate dei
Tertio autem est quod per actus et concubitus
se habens ad virginitatem scilicet corporalis
integritas. Unde si claustra pudoris
aliter corrumpantur quam per venereum
actum puta si obstetrix vel medicus
ferro incidat intellige virginitatis deperit
sicut Augustinus dicit j de civitate dei. Si igitur
virginitas accipiatur secundum primum vel secundum modum
sumpta esse prout ad virginitatem tertio
predicta concurrunt. mulier quidem salva
virginitate non potest esse mater ita quod
concipiat et pariat nisi miraculose quia
proles egredi non potest cum hoc quod per primam
maneant claustra pudoris nisi per miraculum
sicut accidit in matre dei / possibile
tamen absque miraculo mulier salva omni
modo virginitate concipere. sicut dicitur
accidisse de quadam puella pube-
scente quam propter pudoris custodiam
in lecto suo pater habebat qui dum somp-
nio polluetur semine ad matricem
descendit et puella concepit dicitur etiam
absque omni seminis resolucione non
potest esse pater neque naturaliter neque mira-
culose. quia si de corpore eius proles
aliter miraculose formaretur non potest
dici pater / Si vero virginitas largius
accipiatur prout solum respicit in-
tegritatem electam mentis. sic patet de
muliere quidem quod naturaliter potest esse
mater virginitate autem manente. si-
cut / si aliqua per violenciam opprimeretur
ab hoste et inde conciperet et multo
magis hoc possibile miraculose fieri
vir autem salva tali virginitate possibile
esse pater naturaliter propter pollucionem noc-
turnam quocumque modo ad matri-
cem mulieris provenit / Non autem
ita contingeret quod autem miraculose
pater fieret sicut et virgo fiet ma-
ter / quia virgo miraculose facta

est mater spiritu sancto formante corpus
prolis ex purissimis sanguinibus eius
ut Damascenus dicit. Resolucio autem seminis
sine qua vir pater esse non possibile
non contingit operacione spiritus sancti
tamen quia vir in generacione est sicut
agens mulier autem sicut paciens
deo autem competit agere et non
pati unde magis contingit quod deus
miraculose suppleat illud quod de-
est ex parte viri quam illud quod deest ex
parte mulieris / Et per hoc patet responsio ad ob-
iecta etc.

Cum quesitum est ultro de .19.
creatura pure corporali utrum
scilicet celum empireum habeat
influenciam super omnia corpora et
videtur quod non. quia omne corpus
quod naturaliter influit in alia corpora
per prius influit in propinqua quam
in remota / Si igitur celum empi-
reum influeret in corpora infe-
riora per prius influeret in celum
aqueum quod est ei propinquius quam in
celum sidereum / sed hoc videtur
esse inconveniens quia celum
sidereum similius est celo empireo
quam inferius sic dicitur inferioribus elemen-
tis quam celum aqueum quod est
de natura inferiorum elementorum quia ibi
aque dicuntur ibi posite ad refrige-
randum calorem provenientem
ex motu celi. unde eius situs
qui est altior inter planetas dicitur
habere frigiditatem non ergo celum empi-
reum influit in corpora inferiora
Sed contra est quod Magister dicit intellige-
ntibus dicitur quod omne quod influit in
alia est lux vel lucem habens
Et in commento dicitur quod omnis influe-
ncia est per virtutem lucis sed celum
empireum maiorem habet lucem
inter alia corpora ergo maiorem
in alia corpora influit ergo.

dicendum quod quidam ponunt celum
empireum non habere influen-
tiam in reliqua corpora quia non
est institutum ad effectus naturales
sed ad hoc quod sit locus beatorum. et
hoc quidem multis aliquando visu-
visum est. Sed diligentius con-
siderans magis videtur dicendum quod
influat in corpora inferiora. quia
totum universum est unum unitate
ordinis ut patet per philosophum per philosophum
in xii metaphysice. hec autem unitas ordinis
attenditur secundum quod quedam ordinate
reguntur corpora per spiritualia et
inferiora corpora per superiora ut
Augustinus dicit in 3o de trinitate. Unde si celum
empireum non influeret in cor-
pora inferiora celum empireum
non contineretur sub unitate universi
quod est inconveniens. Videtur autem proprius
effectus eius esse perpetuitas et perma-
nentia in inferioribus corporibus. nam
secundum philosophum in xii metaphysice in celo
sunt primo duo motus quorum unus
est ab oriente in occidentem qui vo-
catur diurnus et est super po-
los equinoctiales et quia ille est uni-
formis causat perpetuitatem in infe-
rioribus motibus. Alius autem
motus est ab occidente in orientem
quo movetur sol et alii planete
qui est super polos zodiaci per quem
planete accedunt et recedunt
a nobis. Unde iste motus proprie
causat diversitatem generationis et corrup-
tionis et ceterorum motuum in istis in-
ferioribus. et sic continuatur generatio
et corruptio horum inferiorum quo-
usque deus vult que quidem quantum
ad continuitatem causatur a motu primo
quantum autem ad diversitatem a secundo. Sicut
autem uniformitas motus precedit
difformitatem. Ita etiam unitas
quietis precedit uniformitatem motus
quia moveri est se aliter habere nunc
quam prius. quiescere autem est eodem
modo se habere nunc ut prius et sic
quies habet perfectam unitatem. Unifor-
mitas autem motus habet unitatem cum
diversitate et ideo primum celum scilicet em-
pireum singulariter per suam quietem
influit. secundum autem celum quod dicitur
aqueum per suum motum uniformem uniformitatem. tertium
autem celum sidereum per suum motum difformem
difformitatem. hoc autem proprium est huic
corpori quod influat absque motu in
quantum est supremum attingens quoda-
modo ordinem spiritualium substantiarum specialiter
ut dicit dionysius in 7o capitulo de divinis nominibus quod
divina sapientia coniungit prima secundorum
finibus priorum. Ad secundum
dicendum quod celum empireum magis
influit mediante aqueo quam in inferiora
corpora et quantum scilicet celum aqueum plus
recipit de influentia celi empirei
ut uniformitas motus ostendit. Unde
esse et magis convenit cum celo em-
pireo ratione sue uniformitatis quam celum
sidereum. Est tamen de celestibus corporibus
duplex opinio. Una scilicet quod sunt de natura
elementorum secundum quam celum empire-
um est de natura ignis, aqueum de natura
aque vel aeris. celum autem sidereum
est compositum ex quattuor naturis. quia ex
parte est lucidum in parte diaphanum
Et ad hanc opinionem pertinet quod dicit
augustinus ibi et cetera ad infrigidandum. Alia
autem opinio est quod corpora celestia
non sunt de natura quattuor elementorum
sed de quinta essentia secundum quam etiam
celum aqueum non est de natura quattuor
elementorum sed dicitur aqueum propter diapha-
neitatem. sicut dicitur celum empireum
id est igneum propter lumen. Contrarium
credimus quamvis liber de intelligentiis
non sit auctoritatis

alicuius licet ens vim sit quod omnis in sensibus
nous sit ratione lucis nisi lux me-
thaphorice accipiatur ponitur actu prout omne
agens agit in quantum est eius actu.
et hoc potest esse verum in celis corporibus
ingeniis per se dicitur lux nichil. si lux
communiter est forma primi corporis agentis
secundum quod celum in cuius virtute omnia corpora inferiora
ferioria agunt / et hec ad presens dicta
sufficiant pro .a^m

4^m Desitum est de rebus // primo quedam
pertinentia ad status spiritualium 2^o que-
dam pertinentia ad statum alterius
3^o quedam pertinentia ad corpora dampnatorum
Circa status spirituales querebatur. primo
de conditione eorum // 2^o de fruitione anime ex
parte primus / 3^o de pluralitate mansionum spiritua-
libus in veritate /// Circa primum querebantur
quatuor // Primo utrum aliquis intellectus
creatus possit divinam essentiam vi-
dere immediate // 2^o utrum intellectus crea-
tus possit sic plurima intelligere // 3^o u-
trum intellectus angelicus possit in-
telligere simul // 4^o utrum notitia quam
Augustinus dicit plene mentis sit actualis vel
non :–

J Primum sic procedebatur videtur quod nullus
intellectus creatus possit divinam
essentiam immediate videre in-
tellectus enim creatus cum sit in distinctione se
habeat ad omnia intelligibilia non potest cogno-
scere de tanta ad. in proportionabiliter sunt
determinetur. sed divina essentia non
est obiectum quod possit intellectum de-
terminare / quia est summum in entibus
et maxime generalibus et nullo modo
determinatum ergo intellectus creatus ipsum
videre non potest / Preterea ad hoc quod in-
tellectus cognoscit aliquid oportet quod
fiat in actu. nichil enim operatur
secundum quod est in potentia. sed primum quod est
in actu Intellectus autem non sit
in actu nisi per formam quod intelligibili informe-
tur. cum ergo essentia divina
non possit principaliter informare in-
tellectum ut forma faciat ipsum esse
actu oportet quod si debeat per intellectum cognosci
quod per aliquam sui similitudinem
intellectum informantem ad hoc
quod cognoscatur. et ita non
poterit immediate nisi per similitudinem
suam videri / Preterea ad hoc quod
intellectus creatus essentiam
divinam videat mediatam
oportet quod lumen glorie perficiatur. sed lumine
glorie est medium distans et ab
ipso intellectu et ab ipsa essentia
divina. cum lumen potius dicatur crea-
tura ergo intellectus creatus
non potest videre divinam essentiam im-
mediate / Preterea primum philosophus in 3^o de anima
Sicut sensus se habet ad sensibile
Ita se habet intellectus ad intelligi-
bile / sed ad hoc quod sensus visus
suum obiectum percipiat dupliciter
medio indiget scilicet lumine et specie que
est similitudo rei visibilis. ergo hoc
idem est necessarium intellectui in visi-
one divine essentie et sic non
immediate eam videbit. Sed contra
est quod dicitur Jo. in canonica videbimus
eum sicuti est / Preterea ad hoc quod in-
tellectus intelligat nichil aliud
videtur requiri nisi quod intelligi-
bile fiat in actu et quod intellectui
adiungatur. sed essentia divina
propriam est intelligibile in actu
cum sit in materialis intellectui etiam
presens est quia ut Augustinus dicit
Deus unicuique rei est intimior
quam ipsa res sibi / ergo intellectus
creatus essentiam divinam immediate
poterit videre / Respondeo dicendum quod
absque dubio tenendum est quod

3us d'tpo me° i visione i[n]t[e]ll[ectuali]
ds est ekch p[rim]o p[ar]te q[uest]io[ni]s xvi ar° v°

q[uod] divina essencia inspira[ta] i[n] me[dian]te
ab intellectu videtur. Ad eius
evidenciam sciendum est q[uod] in visione i[n]-
tellectuali triplex medium. p[rimum] est lumen
sub quo intellectus videt q[uod] dispo-
nit eum ad videndum et hoc e[st] in
nobis lumen intellectus agentis q[uod] se
h[abe]t ad intellectum possibilem sicut
lumen solis ad oculum. Aliud me-
dium est quo videt[ur] s[cilicet] res ad extra
et hoc est species intelligibilis que in-
tellectum possibilem determinat et h[abe]t se ad
intellectum possibilem sicut species lapidis
ad oculum. 3m medium e[st] res
aliqua p[er] qua[m] in co[gn]icionem alterius
devenimus sicut in effectu vide-
mus causam et in uno simili vel contra-
rium videt[ur] aliud. Et hoc medium se
h[abe]t ad intellectum sicut speculum ad
visum corporalem. In quo oculus
aliquam rem videt. P[rimu]m igitur
medium et secundum faciunt i[m]medi-
atam visionem. In medi[an]te n[on] est
aliquis videre lapidem dicimus
eum p[er] speciem eius in oculo recep-
tam et p[er] lumen videat q[uia] visus
non fertur in hec media sicut
in ipsa visibilia. S[ed] p[er] hec me-
dia fertur in unum visibile q[uod] est
ex[tra] oculum. Sed tercium medium
facit visionem mediatam. me-
diante accipit speciem rei a se ipso.
in speculo videtur intellectus cognoscens
causam in causato fertur
in ipsum causatum sic[ut] in q[ue]dam
intelligibile ex quo transit in cognicionem
cause. Et quia essencia divina in
statu vie ineffabilibus s[u]is cog-
noscitur non videmus eam
i[m]medi[a]te. Unde inspira[ta] ubi i[m]me-
diate videbitur tale medium
penitus subt[ra]hetur. Similiter

eciam non est i[m]medium
aliqua species essencie divine i[n]-
tellectui informans. q[uia] quando ali-
quid videt[ur] i[m]mediate p[er] speciem
suam ex q[uo] species ista represent[at] rem
illam secundum completum esse sive speciem
alias non diceretur res ita in medi[a]te
videri s[ed] quedam umbra eius
sicut similitudo lucis in oculo fuit
p[er] modum coloris qui est lux ob-
umbrata. cum autem omne q[uod] reci-
pitur in aliquo p[er] modum recipientis
recipiatur impossibile est intellectu
creato similitudinem divine essencie
recipi que eam perfecte s[ecundu]m suam
totam racionem represent[et]. Unde si p[er] ali-
quam similitudinem tantum essencia di-
vina a nobis videtur i[m]mediate
non videmus essenciam divinam
s[ed] quandam umbram eius. Restat
i[gitur] q[uod] p[rimu]m solum medium sit in ista vi-
sione s[cilicet] lumen glorie quo intellectus
perficitur ad videndum essenciam
divinam. de quo in ps. In lumine tuo
videbimus lumen. Hoc autem lumine
non est necessarium ad hoc q[uod] faciat
intelligibile in potencia esse intelligibile in
actu. ad q[uod] est nobis nunc necessarium
lumen intellectus agentis. q[uia] ipsa di-
vina essencia cum sit omnino a materia
separata est p[er] se actu intelligibilis. s[ed]
necessarium est tamen ad perficiendum in-
tellectum ad q[uod] et nunc lumen intelle-
ctus agentis valet. Potest autem
lumen glorie suffi[cienter] perficere intellectum
ad videndum divinam essenciam
vel eo q[uod] in ipsa essencia divina totali-
lux est intellectualis eo q[uod] ipsa
essencia divina. totaliter lux est in-
telligibilis. Unde lumen glorie a ea in in-
tellectum descendens facit hoc videre divine

Ad 4m sit natur[a]m lumine gl[ori]e

essencie in intellectu quod facit v[isionem] aliorum intelligibilium que non sunt tamen [ve]l intellectus simul et lumen sit [ve]l si lux ff[icit] p[er] se existere ad eius visionem sufficientem lum[ine] oculum p[er]ficiens sine aliqua similitudine. Ad 1m ergo dicendum quod ad deum dicitur duplex primo racione limitacionis. Alio[ modo] racione distinctionis. Essencia autem divina non est quid limitatum primo modo s[ed] 2o modo. Unde forma non limitatur nisi ex hoc quod in alio recipitur cum in modo ei quod inest fuit. In essencia autem divina non est aliquid in alio receptum eo quod esse eius est ipsa divina natura subsistens quod in alia re contingit. Nam quelibet res alia habet esse receptum. Et sic limitatum. Et inde est quod essencia divina ab omnibus distinguitur p[er] hoc quod est in alio non recipi. Sicut si esset aliqua albedo existens non in subiecto ex hoc ipso distingueretur a qualibet albedine in subiecto existente quia in re albedinis non esset recepta et sic non limitata. Patet ergo quod essencia divina non est quid generale in essendo cum sit ab omnibus aliis distincta. Sed solum in causando quia illud quod est per se est causa eorum que per se non sunt. Unde esse per se subsistens est causa omnibus esse in alio recepti. Et ita essencia divina est intelligibilis quod potest dici[ ]intellectum. Ad 2m dicendum quod intellectus creatus fit actu ad videndum divinam essenciam p[er] lumine glorie. Et hoc sufficit sicut dictum est. Ad 3m dicendum quod illud lumen glorie p[ro]cedens ab essencia divina et ab intellectu sit differens p[er] essenciam non tamen facit medium visione ut ex dictis patet. Ad 4m dicendum quod visibilia non sunt lux tamen. Et ideo oportet ad

hoc ut visus determinetur ad ea quod non solum sit ibi lumen sed etiam species rei ipsius. Essencia autem divina est purissima lux et ideo non requiritur aliqua alia species quam ipsum lumen ut videatur ut ex dictis patet.

Dubitatur 2m sit pro[ba]tur utrum quod intellectus 2o
creatus possit simul plura intelligere. Potentia enim [illegible] cum sit spiritualis est magis contracta quam intelligencia sed sensus potest plura sentire. Sicut sensus communis sensit album et dulce. Dum eorum dicunt cognoscit ergo intellectus multo forcius potest simul plura multa intelligere. Plura intelligibilia possunt simul cognosci magis quam sunt sensibilia. Sed omnia intelligibilia sunt divina in quantum sunt intelligibilia. Ergo omnia intelligibilia possunt cognosci simul. Pro. Sicut se habet intellectus in habitu in ista se habet intellectus in actu ad intelligibile. In actu sed intellectus in habitu simul plura intelligibilia cognoscit in habitu. Ergo intellectus in actu simul plura intelligit in actu. Pro ad cognicionem intellectus sufficit species rei intelligibilis in intellectu existens. Sed species intelligibiles non se impediunt quin simul sint in intellectu cum non sint contrarie eo quod sunt animalia separate. Ergo intellectus non impeditur quin possit plura simul intelligere. Pro capacitas intellectus est maior quam cuiuscumque corporis. Sed aliquod corpus est in quo plures species possunt etiam simul fieri sicut patet quod in uno puncto aeris in quo se intersecant due linee directe ab duobus visibilibus ad duos videntes. Est species utriusque visibilis ergo multo forcius plures speciales

intelli^bles actu possunt sil esse
in intellectu et ita intellectus pt
simul plura intelligere / Et hoc
est qd dicit phus in 2° thop / Con
tingit plura scire intelligere
vero unum simul solum quo. et secundo
dicendum qd intellectus dupliciter aliquid
intelligit scilicet primo et ex quo intelli-
-git quidem contingit plura
simul intelligere in quantum habent ordi
nem ad unum intelligibile primum et
hoc contingit dupliciter uno modo ex uni
tate eius quo intelligitur. sicut
quando plura intelligibilia per unam
speciem intelliguntur. sicut intellectus
divinus omnia simul videt per unam
essenciam suam et eodem modo
intellectus creatus videns essenciam di
vinam pt omnia simul videre que
per essenciam divinam videt / Alio modo
ex unitate eius qd intelligitur
scilicet quando plura intelliguntur ut
unum. tunc enim illud unum est
primo intellectum et illa plura sunt
intellecta ex consequenti in illo Sicut
cum intellectus intelligit lineam
simul intelligit partes linee. ut
dicitur in 3° de anima / Et similiter cum
intelligit proposicionem intelligit simul partem
et subiectum. Et cum intelligit similitudinem
vel diversum alicuius simul intelligit ea
quorum est similitudo vel diversitas Ex quo
intellectus simul intelligit plura in
telligibilia primo et per se est impossibile.
cuius racio est quia intellectus secundum actum
est omnia. i. perfecte res intellecta
ut dicitur 3° de anima. qd quidem
intellectum est non qd essencia intellectus
fiat res intellecta vel species eius
sed quia complete informatur per speciem
rei intellecte. dum eam actu in
telligit. Unde intellectum sil plura

actu intelligere primo idem est dicere
ac si res una sil esset plura. In rebus
autem materialibus videmus qd una res
numero non pt esse simul plura in actu sed
plura in potencia. vel secundum disposicionem
pt esse unum et idem plura. Idem
enim aer est simul potencia aqua et
ignis. et pt eciam simul disposicio
nes esse ad utrumque. quamvis ad actum non esse
eidem sicut si aer ex una parte
virtute fiet et ex alia inspissaretur
sed qd aer simul actu sit ignis et
aqua est impossibile / Et similiter
eciam qd aliquid sit sil actu lapis
et ferrum que non videtur contra
sed dispata. Intellectus autem ex ipsa
racione sue potencie est sil in potencia
omnia intelligibilia sicut et sensus omnia sensi
bilia. Potencia autem sensitiva per simili
tudinem sensibilium reducitur in actum
dupliciter uno modo incomplete per modum di
sposicionis quasi scilicet species sensibiles sunt
in ea ut disposiciones qd applat animam
esse ut in thezauro / Alio modo perfecte
quando scilicet species sensibiles actu informat
potenciam sensitivam et hoc vo
cat Avicenna apprehensionem sensus.
distinguens potencias sensitivas ap
prehensivas ab illis in quibus sunt forme
sensibiles ut in thezauro et simili-
-ter in intellectu inveniuntur similitudines
intelligibilium ut disposiciones sed quando sunt
actu intellecte sunt in eo ut forme
perficientes et tunc intellectus fit res
omnis intellecta et hoc contingit per in
tencionem que coniungit intellectum intelligibili
et speciem sensibilem ut dicit Augustinus Unde
patet qd sicut una res materialis non pt
esse sil plura actu / Ita unus
intellectus intellectus non pt sil plu
ra intelligere primo / Et hoc est qd
Algazel dicit qd sicut unum corpus
non pt simul plura figurari

pluribus figuris. Ita unus intellectus
non potest simul plura intelligere. Alio
potest dici quod intellectus informetur per-
fecte simul pluribus speciebus intelligibilibus sicut
unum corpus simul informatur figura
et colore. Non sunt forme unius
generis nec in eodem ordine accipiuntur quia
non ordinantur ad perficiendum
corpus in esse unius rationis. Sed omnes
forme intelligibiles in quantum huiusmodi sunt
unius generis et in eodem ordine
se habent ad intellectum in quantum perficiunt
intellectum in hoc quod est esse intellectum
in actu. Unde plures species intelli-
gibiles se habent sicut figure plures vel
plures colores qui simul actu
eodem esse non possunt secundum idem. Ad
primum ergo dicendum quod sicut dictum est de potentia
sensitiva quod non potest plura simul primo
sentire. Sed exigitur nihilominus plura
accipiuntur ut unum. Sicut quando sensi-
bilia plura uniuntur in una diffe-
rentia et plasibilia que sunt partes uni-
untur in uno toto unum quod sentitur.
totum sentiuntur simul plures partes co-
gniti et tunc intensio sensus non fertur
ad aliquam partem principaliter sed ad totum.
quia si ad aliquam partem feratur ut
ad sensibile principale hoc solum sentietur
et non alia. Et ita sensus communis
sit una potentia secundum essentiam
tamen aliquomodo multiplicatur secundum esse in quantum
comparatur diversis sensibilibus propriis sicut
unum centrum comparatur pluribus
lineis. Unde immutationes diversorum
sensibilium simul trahuntur ad sensum communem
sicut motus qui esset per omnes li-
neas posset simul trahi ad centrum.
Sed intellectus non multiplicatur nec modo
predicto implet potentias et ideo
non est omnino simile. Ad secundum dicendum
quod cognoscibilia que simul cognoscuntur

sed ut accipiuntur ut unum cogno-
scibile unum. Omnia autem intelligibilia in
quantum huiusmodi sunt unum genus non
unum et ideo ratio non sequitur. Ad 3um
dicendum quod iam patet ex dictis quod non
eodem modo se habet intellectus in habitu
ad intelligibilia in habitu que sunt in ipso
ut dispositiones et intellectus in actu
ad intelligibilia in actu que sunt in ipso
ut eius ultime perfectiones. Ad 4um
dicendum quod non solum per hoc quod aliqua
esse plura contraria actu simul. Sed etiam
plura esse disperata ut patet ex dictis
unum cum omnes forme intelligibiles in intellectu
non sunt contrarie nichilominus tamen intellectus
prohibetur simul plura intelligere
ut ex dictis. Ad 7um dicendum quod species
sensibiles que sunt in medio defense
sunt. ibi per modum dispositionis et
non per modum ultime perfectionis. quia
sunt ibi quodam fluxu et ideo
non est simile

Ad 3um sic proceditur. Videtur quod intellectus
angelicus non possit cognoscere sin-
gularia. Si enim cognoscit aut
cognoscit per speciem acquisitam aut per
speciem concreatam. Non per speciem ac-
quisitam quia illa vel esset parti-
cularis et per quas universalis. Et ita in
intellectu angeli immateriali esse non
posset. Vel esset universalis et sic per eam
singulare cognosci non posset. Simi-
liter per concreatam quia species con-
creata angelo a principio sue creationis
fuit in ipso. Ad cognitionem autem ali-
cuius sufficit quod eius species sit in
intellectu. Et ita si per speciem concrea-
tam posset aliquid preterire cognosci-
dum est prius a principio sue crea-
tionis idem cognovisset quod ad huc
erit futurum quod non potest esse. Quia futura
cognoscere plus dei est ut ysa.
xli. Annunciate que ventura

[Margin notes: figura et colore; 3; preter]

sunt infinitum et sciemus quod dixi esse
vos ergo angeli similitudinem cognoscere non
possunt. Si dicatur quod species concreata
te faciunt cognitionem presentium non
autem futurorum. Contra non potest a
liqua cognitio noua fieri vel fiat
aliqua innouatio in cognoscente
sed per hoc quod preteritum quod erat futurum
sit presens non fit aliqua innouatio
in intellectu angelico cum nichil recipi
at a re extra. ergo si prius dum erat
futurum non cognoscebat neque dum sit
presens cognoscere poterit. Si autem
dicatur quod per applicationem speciei ad
particulare quod tunc sit intelligit.
Contra quia talis applicatio fieri
non potest nisi utrumque precognoscatur
et quod applicatur et cui sit applicatio.
P. si cognoscit singularia alia hec complexis
speciebus. non quia sic oporteret
habere infinitas cum particularia
sunt infinita in potentia. Aut una
non quia sic intellectus angelicus
efficitur dimo. qui dimo intelligit
quod est fluxum. Si dicatur quod non
cognoscit per unam speciem omnia sed per
unam speciem omnia in determinata unius
speciei et non alia. Contra illa una
species non se habet magis ad hominem
unum in diuiduum quam ad a
liud sed oportet quod per speciem intellectam in
tellectus determinetur ad determinatum
cognoscibile. ergo per speciem illam non
poterit cognoscere hoc particulare determi
nate. Sed contra est quod dicitur hebreorum
.i. Omnes sunt administratorii
spiritus etc. quod non possent esse nisi co
gnoscerent singulares homines. Respondeo
dicendum quod angelus absque dubio singu
laria cognoscit. Ut autem videamus
modum quo ad hoc quod similitudinem aliquid

cognoscatur est possibile sit sciendum
est quod ad hoc quod similitudine aliquid cogno
scatur oportet quod in potentia cognosci
tiua sit similitudo eius in quantum
particulare est. omnis autem forma de se communis
est. Unde additio forme ad formam
non potest esse causa individuationis
quia quotcumque forme simul ag
gregentur ut album bicubitum crispum
et huiusmodi non constituunt particulare quod
sicut hec omnia simul sunt in uno.
ita et in pluribus potentia est
possibile inueniri. sed individuatio
forme est ex materia per quam terminatur
ad hoc determinatum. Unde ad hoc quod particulare
cognoscatur oportet quod in cognoscente non
solum sit similitudo forme sed aliqualiter
similitudo materie. Similitudo autem
rei cognite dupliciter est in cognoscente. campata
Uno modo sicut causata a re. sicut est
in hiis que cognoscuntur per speciem ab
stractam a rebus. Alio modo sicut causa
rei ut patet in artifice qui cognoscit
artificium per illam formam per quam ipsum
facit. Species igitur que est a re
causata a re sensibili in quantum non est omnino
a conditionibus materialibus depurata est
similitudo forme secundum quod est in materia
et ideo per eam cognoscitur particulare. sed ea
secundum quod in intellectu nostro recipitur species
rei sensibilis est omnino iam a materialibus
conditionibus depurata non potest intellectus
noster per eam cognoscere particulare cogno
scere sed per quamdam reflexionem in
tellectus ad potentias sensitivas
a quibus species intellectus abstrahuntur.
Per formam autem que est causa rei hoc
modo cognoscitur res secundum quod forma
ipsa est causa eius et quia artifex homo
per formam artis non producit materiam
sed materia presupposita inducit formam
artis. forma artis que est in me
nte artificis non est similitudo

artificiata nisi quo ad formam tantum. dum
parte non cognoscit artificiatum ipsum
nisi formam artificiati per speciem accipiat
Artifex autem increatus scilicet deus
non solum producit formam sed etiam
materiam. Unde rationes ydeales
in mente ipsius existentes non solum
sunt efficaces ad creandum universalia
sed etiam ad singularia cognoscenda adeo
Sicut autem ideo rationes ydeales ef-
fluunt in res producendas in esse
suo naturali in quo particulare unumquodque
quod consistit in forma et materia
Ita procedunt in mentes angelicas
ut sint in eis principium cognoscendi
res secundum suum totum esse in quo sub
sistunt et sic per species influxas
Ro ab arte divina angeli non solum universalia sed
etiam particularia cognoscunt sicut et deus
Est tamen differentia in duobus. Primo quia
2o spes divine ad singularia et angelicis ydee que sunt in mente divina sunt
forme factive rerum et non solum
principia cognoscendi sed species que re-
cipiuntur in mente angelica sunt solum
principia cognoscendi et non sunt factive
rerum sed ex eis factivis. 2o quod intellectus
quanto est altior et per spiritualior.
tanto ex uno potest plura cognoscere
et quia intellectus divinus est altissimus
per unam simplicem essentiam suam
omnia cognoscit nec est in eo aliqua
pluralitas formarum ydealium nisi
secundum diversos respectus divine essentie
ad res cognitas. Sed in intellectu cre-
ato multiplicantur secundum rerum quod est
unum per rem in mente divina ut
non possit omnia per unum cognoscere
Ita tamen quod quanto intellectus creatus est
altior tanto habet pauciores formas
ad plura cognoscenda efficaces.//
Et hoc est quod dionysius dicit xii ca^o c.//

Dicatur quod superiores ordines habent
scientiam magis universalem inferioribus
Et in libro de causis dicitur quod intelligentie
superiores habent formas ma-
gis universales. Hoc tamen observato quod
in infimis angelis sunt forme ad-
huc universales intantum quod per unam formam
possunt cognoscere omnia individua
unius speciei. ita quod illa species sit propria
ac per se similitudo uniuscuiusque particularis
secundum dispositiones rerum eius ad particula-
ria. Sicut enim divina essentia efficitur
propria similitudo singulorum secundum dispositiones
rerum. Sed intellectus humanus qui ul-
timus in ordine in ordine substantiarum in-
tellectualium habet formas intantum particulares quod
non potest per unam speciem nisi unum
quid cognoscere et ideo similitudo speciei
existens in intellectu humano non sufficit
ad cognoscendum plura singularia et
propter hoc intellectui humano ad-
iuncti sunt sensus quibus singularia
accipiat. Ad secundum ergo dicendum quod angelus
non cognoscit singularia per speciem
acquisitam. quia nec per speciem ac-
ceptam a re. sic enim res ageret
in intellectum eius quod est impossibile
nec per aliquam speciem de novo in-
fluxam a deo revelante ipsi angelo
de novo quia species quas angelus
habet apud se concreatas sufficiunt
ad omnia cognoscibilia cognoscenda.
Sed sciendum quod per altius lumen intellectus
vel angelicus elevantur in altiores
contemplationes ex illis speciebus producere
potest. sicut etiam ex eisdem similitudinibus
formatis speciebus intellectus prophete lumine
prophetie ad intelligentiam aliquam cognitionem
accipit ad quam non sufficiebat
naturale lumen intellectus agentis
Restat ergo ut angelus cognoscat

similiter per species quas creatas Sicut autem per unam speciem concreatam potest cognoscere diversa individua Ita et multo amplius potest per unam speciem cognoscere quidquid est in uno individuo ut non oporteat eum aliam speciem habere qua cognoscit colorem et odorem unius pomi sed solum cognoscendo hoc pomum cognoscit quidquid est in pomo illo et essentiali et accidentali effectus autem non est in causa sua ut in ea possit cognosci nisi causa sit determinata ad effectum alium sicut patet in causis naturalibus quibus cognitis cognoscuntur effectus earum sed causa contingens non determinatur ad effectum suum nisi quod actu producat ipsum Unde in causa contingente non est effectus deus ut in ea possit cognosci nisi quod iam in actu productus est et ideo angelus per species concreatas cognoscens causas universales dico singularium contingentium non cognoscit nisi cognitione effectum earum antequam sicut in actu sed statim cum actu sunt Ad 2um dicendum quod quod aliquid incipit esse prius angelus angelus de novo cognoscit id non fit aliqua innovatio in ipso angelo sed in re cognoscibili in qua est aliquid quod prius non fuit quod sine ea cognita cognoscitur Ad 3um dicendum quod applicatio illa est intelligenda per modum quo deus ideas ad res cognoscendas applicat non sicut unum cognoscibile ad aliud sed sicut modum cognoscendi ad cognitum alias nichil valeret ut obiciebatur Ad 4um dicendum quod angelus necessario una specie cognoscit omnia necessario tot species habet quod sunt in diversa ut ex dictis patet Ad 5um dicendum quod illa una species efficitur ubique cognoscendi quodlibet individuum secundum universum ad ipsum ut ex dictis patet

Dicendum sic proceditur videtur quod notitia que ab augustino dicitur proles mentis non sic in mente sicut accidens in subiecto nullum enim accidens excedit suum subiectum sed notitia excedit mentem quia mens non solum se ipsum sed et alia per notitiam novit ergo notitia non est accidens mentis Praeterea nullum accidens est equale suo subiecto sed notitia est equalis menti alias in notitia mente et amore non consisteret ymago trinitatis quod Augustinus ponit ergo notitia non est accidens mentis Praeterea hoc idem videtur ex verbis Augustini qui in 9o libro de trinitate dicit quod notitia et amor in anima consistunt substantialiter vel ut ita dicam essentialiter non tamquam in subiecto ut color ac figura in corpore Sed contra notitia mentis nichil aliud est quam scientia sed scientia est accidens cum sit in prima specie qualitatis ergo et notitia Respondeo dicendum quod notitia mentis accipi potest primo pro ipsa anima cognoscitiva 2o pro potentia cognoscitiva 3o pro habitu cognoscitivo 4o pro ipso cognitionis actu Sicut et hoc nomine specie quod nominat naturam spiritualem prout est principium hominis vel quod est spiritualis quando vero nominat ipsam potentiam quando habitum quando vero actum loquendo ergo de notitia primo accepta constat quod non est in subiecto mentis sicut accidens in subiecto sed essentialiter et substantialiter sicut dicitur quod naturale est de essentia anime Sicut accipitur pro potentia vel habitu vel actu sic dupliciter potest considerari vel secundum quod comparatur ad

cognoscibilitas. Et sic non est congruentia sicut actus in subiecto. 2º non excedit subiectum quia notitia numquam invenitur in alio nisi in mente. Vel secundum quod comparatur ad cognoscibile, et ideo habet parte non [habet] quod inest, sed quod ad aliud sit. Illud enim quod ad aliquid dicitur non habet rationem accidentis ex hoc quod est ad aliud, sed solum ex hoc quod inest. Et inde est etiam quod sola relatio secundum relationem suam genus cum sola remanet in divinis, nec tamen est accidens. Et propter hoc notitia secundum considerationem istam non est in alia sicut in subiecto. Et secundum hanc comparationem excedit mentem inquantum alia a mente per notitiam cognoscuntur. Secundum hanc etiam considerationem ponitur trinitas vel imago, quia etiam persone divine distinguuntur secundum quod ad alterutrum sunt. Et secundum hoc est quedam equalitas notitie ad mentem inquantum extendit se ad omnia ad que potest se extendere mens. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

q. Deinde queritur de fruitione anime Christi in passione. Et videtur quod ista fruitio pervenit usque ad essentiam anime. Anima enim Christi per se fruebatur, sed non esset per se fruitio si ad essentiam anime non perveniret, sed consisteret tantum in una potentia, scilicet in superiori ratione. Ergo pervenit usque ad essentiam anime. Praeterea anima Christi perfectius fruebatur quam anime sanctorum in patria. Sed ille pertingunt usque ad essentiam anime. Ergo multo fortius in Christo. Sed contra nihil fruitur nisi quod cognoscitur, quia secundum Augustinum fruimur cognitis in quibus propter se voluntas delectata conquiescit. Sed cognoscere non est essentiale anime sed potentie. Ergo fruitio ad essentiam anime non perveniebat.

17 Videtur quod beatitudo sanctorum principaliter consistat in intellectu . secundo nat. dicit Augustinus x confessionum . Beatitudo est gaudium de veritate . Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum ergo et beatitudo // Preterea Joh. xvij dicitur . hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti Jesum christum cognitio autem ad intellectum pertinet ergo et vita eterna sive beatitudo // preterea Augustinus dicit in libro de trinitate . quod visio est tota merces merces autem est beatitudo ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus // Sed contra primum videtur multo secundum intentionem principaliter consistit in voluntate ergo et beatitudo que est primum // Preterea secundum nomen quod felicitas sive beatitudo in opere consistit et non in habitu ut philosophus probat in primo ethicorum Unde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam anime dupliciter uno modo sicut obiectum potentie . et sic beatitudo proprie comparatur ad voluntatem . nominat enim beatitudo ultimum finem hominis et summum bonum ipsius finis enim et bonum sunt obiectum voluntatis // Alio modo sicut actus ad potentiam et sic beatitudo originaliter et substantialiter consistit in actu intellectus // formaliter autem et completive in actu voluntatis quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse ultimum finem voluntatis ultimum ultimus finis hominis est illud quod est primo desideratum . Non autem potest esse quod primo volitum sit actus voluntatis prius enim est potentia fertur in aliquod obiectum quam quod feratur super actum suum . prius enim intelligitur actus alicuius potentie quam reflexus eius super actum illum . actus autem terminatur ad obiectum . et ita quelibet potentia prius fertur in obiectum quam suum actum sicut visus prius videt colorem quam videat se videre colorem . et ita etiam volu

8m

tris prius vult aliquod bonum quam
velit se velle et sic actus volu-
ntatis non potest esse primum volitum
et per consequens nec ultimus finis. Sed quo-
tienscumque aliquod bonum exterius est
desideratum ut finis ille actus
qui est nobis quasi finis in trahor
quo primo perfecte attingimus adipiscimur
sicut dicimus quod comestio finis est
et beatitudo eius qui ponit cibum
finem suum et avaricia eius qui
ponit finem suum pecuniam. Finis
autem nostri desiderii deus est unde
actus quo ei post coniungitur est
originaliter et formaliter nostra beatitudo. Primo
autem deo coniungimur per actum intellectus
et ideo ipsa dei visio que est actus
intellectus est formaliter et originaliter nostra
beatitudo. Sed quia hec operacio per-
fectissima est et convenientissimum obiectum
ideo consequitur maximam delectationem que quidem
decorat operationem ipsam et perficit
eam sicut pulcritudo iuventutem ut
dicitur in x ethicorum. Unde ipsa delec-
tatio que est voluntatis est formaliter
complens beatitudinem. Et ita beatitu-
dinis ultime origo est in visione
complementum autem in fruicione
Ceteri secundo primo ponentes contradicunt
sunt quia dicunt quod beatitudo
stat et consistit in actu intellectus
Ad illud quod obicitur quod dilectio
quod meritum consistit in agendo per
minus autem in retinendo. Actio
autem primo pertinet ad voluntatem
quia ipsa movet omnes alias vi-
res. Sed retencio primo pertinet ad
intellectum quam ad voluntatem. Unde
primum per prius debuit intellectui
meritum vero voluntati

retencio

Dicendum sic procedatur. Videtur quod
beati in gloria prius fruantur

2o

ad contemplandum deitatem christi quam
eius humanitatem. Altissimo enim sta-
tui altissimus actus primo prius compe-
tit. Sed beati sunt in statu altissimo
cum ergo actus intelligencie
que est potencia altissima cum
est sic in deum sit actus altissimus
et nobilissimus videtur quod hic actus
primo beatis competit ut deum contemplentur.
Secundo hoc ad perfectionem vie pertinet nos
ab inferioribus ad superiora contem-
planda conscendere. Sed beatis erit
perfectio contra perfectionem vie ergo
ipsi ea quo prius superiori contem-
plabuntur et sic prius deitatem
quam eius humanitatem. Sed contra.
Ad exitum non pervenitur nisi
primum per medium. Medium inter deum et ho-
mines est christi humanitas primo
thimothei ii. Mediator dei et hominum
homo christus ihesus. Ergo sancti non
perveniunt ad contemplandam deitatem
christi nisi prius contemplando eius
humanitatem. Respondeo dicendum quod unus-
quisque prius considerat racionem operis
quam formam vel operationem. Beati autem
adeo sunt deo coniuncti ut ipse sit
eis via tamquam sed contemplationis et operis
aliter nec actus beatitudinis per aliquas
condiciones et operaciones impe-
diretur. Et ideo illud ad quod sancti
primo attendunt est ipse deus
et enim habent medium cuilibet
contemplationis et virtutis cuiuslibet operis. Secundo
per prius contemplantur deitatem christi quam
eius humanitatem. In utraque tamen con-
templacione delectacionem invenient. Unde dicitur Johannis x: Ingre-
dientur scilicet beati ad contemplandam
deitatem christi et egredientur
ad contemplandum eius humanitatem
et utrobique pascua invenient

i. delectacionem. et ex ponitur in
i. despu et aia // Duas igitur
primas rationes concedimus / Ad
illud quod 2o obicitur dicendum quod
ratio illa procedit quantum ad statum
vie in qua nondum sumus deo
perfecte coniuncti. sed oportet nos ad deum
per christum accedere. sed cum iam deo
in beatitudine coniuncti erimus propter
intendimus christi deitati quam
eius humanitati / sequitur 9m

Unde quesitum est.
Primo de capite i. christo de-
inde de membris eius
De christo quesitum est tripliciter
Primo quantum ad naturam diuinam
2o quantum ad unionem humane nature
ad diuinam. 3o quantum ad species sub qui-
bus in sacro altaris continetur
Circa primum queritur
Utrum deus possit facere
infinita esse actu et videtur
quod non deus enim potest facere maius
omni eo quod facit quia eius potentiam
non adequat opus ut dicit / Hugo
de sancto victore. sed infinito in
actu non potest esse aliquid maius ergo
non potest esse quod deus faciat infini-
tum in actu / Sed contra. deus potest plus
facere quam homo possit dicere
uel cogitare secundum illud luce primo
Non erit impossibile apud deum omne
omne verbum sed homo potest dicere
esse infinitum in actu et etiam
cogitare / cum quidam philosophi hoc
posuerint ut patet in 3o phisicorum ergo
deus potest facere infinitum in actu
Responsio dicendum quod cum dicitur deum non
posse aliquid facere hoc non est propter
defectum diuine potentie. sed propter
impossibilitatem que importatur in
facto quod quidem contingit dupliciter

Uno modo quia repugnat facto in quantum
est factum. sicut dicimus deum non
posse facere aliquam creaturam
que sit in esse conseruet et conseruetur a se ipso
quod uero aliqua ponitur habere
causam superiorem. ponitur etiam in
digere conseruatione. cum idem sit ca-
usa essendi uerum et conseruandi rem
in esse / Alio modo quia repugnat
huic facto in quantum est hoc factum
sicut si dicamus deum non posse
facere equum uel esse cum ra-
tionale quamuis non repugnet facto. tamen
hoc factum scilicet esse rationale repugnat
huic facto scilicet equo. repugnat enim
equo eius in quantum est equus in cuius diffi-
nitione cadit irrationale. Quidam
autem dicunt quod deus non potest face-
re esse infinitum in actu quia esse
infinitum repugnat facto in quantum est
factum. est enim contra rationem creature
ut creatorem adequet. quod oportet
ponere si esset aliqua creatura
infinita. Infinitum enim maius
infinito non est / Sed illud non
videtur rationabiliter dici nichil enim
prohibet illud quod est infinitum
per unum modum excedi ab eo quod est
infinitum pluribus modis sicut si
esset aliquod corpus infinitum secundum
longitudinem finitum uero latitudine
esset minus corpore longitudine et
altitudine infinito // Dato autem
quod deus faceret aliquod corpus infini-
tum actu / corpus quidem hoc
esset infinitum quantitate dimensiua
sed deus ueritatem habet naturam specie de-
terminatam et esset limitatum eo hoc
ipso quod esset res nature. Unde non
esset equale deo cuius esse et essentia
est modis omnibus infinita. Alii
uero dixerunt quod esse infinitum

in actu secundum aliquem modum non re-
pugnat facto in quantum est factum
id est cum facto inquantum est hoc
factum quod est in actu. Aliquo modo non
non repugnat enti in actu esse in-
finitum. Et hoc est opinio Algazelis. Di-
stinguit enim duplex infinitum scilicet
infinitum per se et infinitum per
accidens. Cuius distinctionis intellectus
hoc modo accipi potest quod cum infinitum
primo in quantitate inveniatur ut dicitur
in 3o physicorum. Si quantitas in qua infini-
tum consistit habeat talem multitudinem
cuius unaqueque pars ab altera de-
pendeat et etiam ordinem habeat
ita quod unaqueque pars alterius multitudinis
requiritur per se, tunc infinitum in
tali quantitate consistens dicitur infini-
tum per se. Sicut patet in hoc quod ba-
culus movetur a manu et ma-
nus a lacertis ac humeris que
moventur ab anima, quod si hoc in-
finitum procedit ut scilicet anima ab alio
moveatur et sic deinceps in infi-
nitum vel baculus aliquid aliud
moveat et sic deinceps in infini-
tum erit multitudo motivorum et
motorum per se infinita. Si vero
quantitas in qua consistit infinitum
resultat in aliquibus pluribus que
eundem ordinem habent et quorum
unus non requiritur nisi per accidens
sicut si aliquis faber cultellum
faciat ad cuius constructionem multis
marcellis indigeat eo quod
unus post alium frangitur et unus
succedit in locum alterius eundem
ordinem tenens si multitudo ta-
lis in infinitum excrescat dicitur
infinitum per accidens et non per se
actu enim fabrili opus marcellorum

infinita multitudo cum per unum
marcellum si durities equalitatis
possit expleri sicut per infinitos.
Dicunt igitur quod infinitum
per se repugnat ei quod est esse in
actu eo quod oportet in hiis que per se or-
dinem habent complere posterius
per comparationem quodammodo contingit
et sic ad unum consequendum requireretur
infinitorum [illegible] insufficientia
si esset ad infinitum per se et ita
numquam posset compleri cum infinita
non sit transire. Sed infinitum per
accidens secundum eos non repugnat
ei quod est esse in actu cum una
pars multitudinis ab altera non depen-
deat. Unde secundum hoc nihil prohibet
esse infinitum in actu sicut Alga-
zel dicit in sua metaphysica animas
rationales hominum defunctorum esse
infinitas eo quod posset generari omnes homines
[illegible] fuisse et animas post mortem
corporum remanere. Et secundum hanc
opinionem deus posset facere esse
infinita vel infinitum in actu etc.
Et si non invenitur in natura in-
finitum in actu. Sed contra quod Commentator
in 2o metaphysice dicit quod infinitum
in actu esse non potest scilicet infinitum
per se nec infinitum per accidens. Suppo-
no inveniretur infinitum per accidens
sed non infinitum per se. Et sic
secundum eum esse infinitum omnino
repugnat ei quod est esse in actu
Et hoc verius esse videtur. Non
enim potest esse in actu in rerum natura
aliquid non specificatum ad deter-
minatam speciem in determinato genere. Omnis
enim intellectus concipiat animal non
specificatum rationali vel irrationali
differentia non tamen potest actu esse animal quod
non sit rationale vel irrationale. Unde

nō qntas q̄ nō ē etas et vnitas
dimensiones nō ē qnta et sic multa
q̄ nō cōprehendit sub eta spe nūi nō
ē multitudo

s̄m ppbēm non est in gne qd
non est in aliqua eius spē. vna
quecumque ex rō quantitas specificatur
p certam rationem quantitas sicut
multitudinis spēs sunt duo et tria et
de aliis. et magnitudinis spēs sunt
bicubitum et tricubitum et huiusmodi
s̄m aliquam determinatam mensuram
vnde impossibile est sicut inve
niri aliquam quantitatem in actu
que non sit spēi certis limita
ta. cum aut infinitum contrariat
quantitati et dicatur infinitum
p eius remotionem impossibile est
infinitum esse in actu propter quod dicit
phūs in 3 phisicorum quod est infinitum sicut
materia non dum specificata sed sub priuatio
ne exīns et quod se habet magis in
rōne ptis et contentum quam totius
et continentis. Et ideo sicut deus
non pt facere equum ronabilem. Ita nō
pt facere eius actu esse infinitum
vnde s̄m cordinum quod vbi concludit
quamuis non recte concludit eo
quod si ponatur deus facere aliquid
infinitum s̄m vnum modum adhuc
pt aliquis infinitum facere in alio
ordine. sicut si posset facere
infinitos leones. infinito in
non est aliquid maius in illo or
dine quo est infinitum. sed 2m
alium ordinem nichil prohibet
ad maius infinito. sicut numeri
pares sunt infiniti et tamen numeri
pares et impares simul accepti
sunt plures imparibus. Ad
illud vero quod in quarto obicitur
dicendum quod obiectum intellectus non
solum dicitur illud quod vbo pro
fertur sed quod mente concipitur
quod autem sibi ipsi est repugnans
mente concipi non pt. quia nec pt
intelligi contradictoria esse simul vera
ut probatur in 4o metaphisice. vnum tamen
esse infinitum repugnat ei quod est
esse actu hoc non est obuius. vnde
non est infinitum in actu. vnum post
quod sit deo impossibile. phi aut qui
posuerunt infinitum esse in actu
propriam vocem ignorauerunt et cetera

Eiusdem queritur
de xpo quantum ad vnionem
humane nature cum diuina
Et circa hoc questiantur tria primo
vtrum sit in xpo vna ypostasis
tantum. 2o vtrum sit in eo vnum tan
tum esse. 3o vtrum sit in eo vna tantum filiatio

Ad primum sic proceditur vi

quod in xpo sicut plures ypostases
vnio enim anime ad corpus
presuppositum ad assumptionem. quia xpus
humanitatem siue humanam assump
sit naturam que cum sit forma totius
ex anima et cor
pe. sed anima et corpus vnita faciunt
ypostasim hominis. ergo ypostasis in hu
mana natura presuppositum assump
tioni. sed omne quod preintelligitur assump
tioni pt dici esse assumptum. ergo
ypostasis verbi assumpsit yposta
sim hominis et sic sunt due yposta
ses in xpo. Preterea corpus preintelligitur
assumptioni esse assumptibile nisi
sit vnitum anime rationali. non enim dicitur
corpus in animatum esse assumptibile
ergo vnio anime et corporis preintelligitur
ad assumptionem humane nature et sic
idem quod prius. preterea medium vnionis
presuppositum ad vnionem sed quod
est medium vnionis humane nature
ad diuinam personam. vnde dicitur
gratia vnionis ergo presuppositum
ad vnionem. gratia aut non

[Marginal notes, right: 2a; 2a; dicitur ad corpus; sed corpus non est assumptibile]

pt intelligi nisi in aia. aia aut non
intelligitur ee alicuius corporis informatiua. quia
creando infunditur et infundendo
creatur. ergo oz intelligi unionem
aie. et sic idem quod prius // preterea huma-
nitas est quedam forma specialis.
que requirit aliquid quod per ipsam
informatur per aliquam formam crea-
poue tam. ergo oz in xpo suppositum uel
ypostasim creatam que humanitate
informetur. et sic in xpo erunt
due ypostases ypostasis scilicet uerbi et
ypostasis hominis // Ad 2m. ea que sunt
ad inuicem disparata non predicantur
de se inuicem nisi per hoc quod sunt in uno
supposito sicuti scilicet dicimus quod album
est dulce propter unitatem subiecti. sed diuina
natura et humana sunt nature penitus dispa-
rate. predicantur aut de se inuicem in
concreto. dicimus enim deus est homo
et homo est deus. ergo est ibi unum
suppositum tantum et una ypostasis
Si dicatur quod predicantur
de inuicem propter hoc quod conueniunt
in una persona non propter hoc quod conue-
niunt in uno supposito uel ypostasi
una sicut dicimus album ee dul-
ce. Contra persona non addit super
ypostasim uel suppositum nisi ad-
actum scilicet proprietatem ad dignitatem pertinentem
si ergo in xpo esset una persona et
non unum suppositum uel ypostasis.
diuina natura et humana essent in ipsa
unite solum in accidentaliter quod falsum est
3o. dicendum quod secundum opinionem secundam quam
magister in S. d. 6 3o li. summarie
ponit que est quasi opinio modernorum
et aliis multo uerior et securior
in xpo est unum suppositum tantum
et tantum una ypostasis sicut et
persona una. oz namque nos secundum

doctrinam fidei ponere unam rem
subsistentem in duabus naturis
scilicet diuina et humana. aliter non
posset dici quod unus esset deus
Jhesus xpus secundum sententiam apostoli j.
ad Cor. viij. unde et nestorius
dampnatus est propter hoc quod xpum
presumpsit dicere duas personas habere
Illud aut quod est subsistens in
natura est aliquod indiuiduum et sin-
gulare. unde unitas xpi in
qua due nature uniuntur attribuen-
da est aliter non per quod singu-
laritas designatur // Nominum aut
que singularitatem designant
quedam significant singulare in quo-
libet genere entis sicut hoc nomen singulare
et particulare et indiuiduum. Nam ista
et particulare inueniuntur omni genere
Quoddam uero significant singulare
solum in genere substantie sicut hoc nomen
ypostasis. quod significat indiuiduam
substantiam. et hoc nomen persona quod significat
indiuiduam substantiam rationalis nature et si-
hoc nomen suppositum et res nature
quorum nullum de hac albedine potest
predicari quamuis hec albedo sit
singularis. eo quod unumquodque eorum
significat aliquid ut subsistens
Accidentia uero non subsistunt. partes
uero substantiarum quamuis sint de ratione
subsistentium non tamen per se subsi-
stunt sed in alio sunt. unde
etiam predicta nomina de partibus
substantiarum non dicuntur. Non enim
dicimus quod hec manus sit ypo-
stasis uel persona uel suppositum uel res
nature. quamuis posset dici quod sit quod-
dam indiuiduum uel particulare uel sin-
gulare que nomina de accidentibus dicuntur

bantur / Non aut pt dici zt q
humana nā ī xō. uel aliqua eius
ps sit p se subsistens. hc enim
unioni repugnaret respondemus
unionem sm quid et non simpl.
sicut uniuntur lapides ī acuo
uel duo homines passione amoris l
p aliquam imitacionis similitudinem q ora
dicimus ee unum sm quid et no
simpr. qd enim est simpr unum et
p se subsistens nichil continet
actu p se subsistens. s forte in
potencia. Unde firmata ueritate u
nionis nāe in xpo oz ponere
sicut unam personam. Ita et una
ypostasim et unum suppositum et
unam rem nāturam / Sz propter
humanam nām in xpo nichil p
hibet dicere esse quoddam ī diuidum
aut singlare aut particulare / Et si
similr. quaslibet ptes humanas nāe ut
manus et pedes et ossa quorum
qdlibet est quoddam in diuiduum
p se subsistens uel simr. uel ptica
re qd p de xpo est unum tm.
Unde possumus dicere in xpo esse
plura indiuidua uel singlaria uel
particularia s plures ypostases
uel supposita non possumus dicere
in xō esse / Ad 2m qo dicendum qd ex
unione aie et corporis constituit
et homo et humanitas que qui
dem duo hoc modo differunt q hu
manitas signt p modum ptis eo
q humanitas dr qua homo ē ho
et sic ptiale signt eēncialia prin.a spe
p que hoc in diuiduum in tali spē
collocatur. Unde se hz p modum
ptis cum hueat prin.a multa alia

in rebus nāe in ueniantur / Sz
homo signt p modum totius homo
n. dicitur hns humanitatem uel sub
sistens in humanitate sine pscisione
quarumlibet aliorum superueniencium ī ze
neralibus principiis. qr phs q dico
homo non perditur cum habeat
calorem et qntitatem et alia huiusmodi
sm qo secundum opinionem predictam
unionis humane nāe ad diuinam
presupposita unio aie corporis sm
q constituit humanitatem non secundum
qd constituit hoiem / Illud enim qd
in xpo est constitutum ex aia et
corpore tantum qd unionem presupponi
non est totum qd p se subsistit s
aliquid eius et io non pt signi
ut homo. s ut humanitas. Unde oz
dicere qd in ipsa unione humane
nature ad diuinam qn in termino ass
umpcionis intelligatur primo in con
cretio hois quia tunc pro in tellig
ut res p se subsistens completa et
in hoc differt ab aliis duabus opi
nionibus nam prima opinio ponit
q unio aie ad carnem presupp
onitur quantum ad intellectum assumptionis hu
mane nāe non sm hoc solum q
constituit humanitatem s etiam sm
qd constituit hoiem. Sc. ñ. hoc in
assumptis // Sa vero ponit quod
in termino assumpcionis intelligitur
aia corpori unita nec ad constitue
ndum hoiem nec ad constituendum
humanam nām ī xpo et io est
tamquam heretica condempnata / Ad
3m dicendum qd corpus unitum aie
p intellectum assumpcionis humane nāe
unitum aut dico unione constitue
hoiem // Ad 4m dicendum q d. hl

mittit. ut meritum unionis quod secundum intellectum praecedit unionem. Non est meritum quod causet unionem vel unitatem, sed meritum quod facit ad congruitatem convenientis unionis. Et similiter scientia et omnes aliae perfectiones quae possunt dici meritum unionis et gratia quae dicitur Christi potest dici gratia unionis. Verius tamen puto quod gratia unionis dicitur vel ipsa gratuita Dei voluntas quae gratis nullis meritis praecedentibus unionem fecit vel potius ipsum donum gratuitum datum humanae naturae quod est esse in divina persona. Si tamen alia dona vocentur per intellegentiam ad assumptionem praecedentia, convenienter ut patet. Ad quintum dicendum quod humanitas non est forma partis quae dicatur forma quae informet aliquam materiam vel partem. Sed dicitur forma totius in qua suppositum naturae subsistit. Unde oportet ponere quod hypostasis increata informatur humanitate et quod subsistat in ea.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod in Christo non sit tantum unum esse. Esse enim secundum philosophum in 2° de anima viventibus est vivere. Sed in Christo non est tantum vita una cum sit in eo vita creata scilicet vita qua vivit corpus per animam quae morte privatur, et vita increata qua vivit omnium principium. Ergo nec in Christo est tantum unum esse. Praeterea sicut esse est suppositi ita et operatio. Sed unitas suppositi non facit quin in Christo sint plures operationes. Ergo non facit quod in Christo sit tantum unum esse. Praeterea generatio est mutatio ad esse. Sed in Christo est quaedam generatio temporalis secunda, ut dicit Johannes Damascenus. Cum ista autem generatio sit eius quae non potest terminari ad esse aeternum, ergo terminatur ad esse temporale et creatum. Ergo in Christo est duplex esse. Item in Christo maxime sit esse increatum. Praeterea cuicumque est attribuendum esse de quo convenit quaeri potest an est. Sed de humana natura potest quaeri an est. Ergo humana natura habet esse proprium in Christo et sic est in eo duplex esse cum etiam divina natura suum esse habeat. Sed contra quaecumque sunt divisa sed in Christo est unum tantum suppositum ergo et unum tantum esse. Respondeo dicendum quod esse dupliciter dicitur ut patet per philosophum in 5° metaphysicae et idem in quadam glossa Origenis super principium Johannis. Uno modo secundum quod est copula verbalis significans compositionem cuiuslibet enuntiationis quam anima facit. Unde hoc esse non est aliquid in rerum natura sed tantum in actu animae componentis et dividentis. Et sic esse attribuitur omni eo de quo potest propositio formari sive sit ens sive privatio entis, dicimus enim caecitatem esse. Alio modo esse dicitur actus entis in quantum ens, id est quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura, et sic esse non attribuitur nisi rebus ipsis quae in 10 generibus continentur. Unde ens ab esse tali dictum per 10 genera dividitur. Sed hoc esse vere attribuitur soli substantiae per se subsistenti. Unde quod vere est dicitur substantia in primo physicorum. Alia vero quae non per se subsistunt sed in alio et cum alio sive sint accidentia sive formae substantiales aut quaelibet partes non habent esse ita quod ipsa vere sint. Sed attribuitur

eius esse alio modo .i. ut quo aliquid
est / sicut albedo dicitur esse non
quia ipsa in se subsistit / sed quia ea
aliquid habet esse album / Esse
ergo proprie et vere non attribuitur
nisi rei per se subsistenti. Huic autem
attribuitur esse duplex. Unum
scilicet esse quod resultat ex hiis ex
quibus eius unitas integratur
quod est proprium esse suppositi substantiale. Ali-
ud esse est quod supposito attribuitur
praeter ea quae integrant ipsam
naturam quod est esse superadditum scilicet
accidentale ut esse album attribuitur
Sorti cum dicitur Sortes est albus.
Quia ergo ponimus in Christo unam
rem subsistentem tantum ad cuius
integritatem concurrit ipsa humanitas
et quia unum suppositum est utriusque naturae
Ideo dicendum est dicere quod esse substantiale quod proprie
attribuitur supposito in Christo est
unum tantum. Habet autem unitatem ex
ipso supposito et non ex naturis.
Si tamen poneretur humanitas a divinitate
separari. tunc humanitas suum esse habebit
aliud ab esse divino. Non enim impe-
diebat quin proprium esse haberet si quae-
libet natura esset per se / esset per se
subsistens / sicut si archa esset
quoddam individuum naturale / ipsa tota
non haberet nisi unum esse / quaelibet
tamen partium eius ab archa separata
proprium esse habebit. Et sic patet quod secundum
opinionem secundam oportet dicere quod in Christo
est tantum unum esse substantiale secundum
quod est esse suppositi proprie / quamvis
sit in eo multiplex esse accidentale //
Ad primum ergo dicendum quod unio dicit esse
quoddam specificum personale condi-
tionem et ideo diversitas unitatis con-
sequitur diversitatem principiorum
unientium. Sed esse magis respicit
ad suppositum subsistens // Ad 2m
dicendum quod operatio suppositi non est de in-
tegritate unitatis eius sed consequitur
eius unitatem. Unde unius sup-
positi in verbo multae operationes secundum
diversa operationum principia quae supposito
insunt / sicut homo aliquid operatur
lingua et manu / Sed esse est illud
in quo fundatur unitas suppositi.
Unde non oportet multiplex praedicari
huius unitatis // Ad 3m dicendum quod
generatio temporalis terminatur non ad esse
suppositi eternum ut simpliciter per eam esse
incipiat / sed quod incipiat esse suppositum
habens id est esse secundum humanam naturam. Ad
4m dicendum quod albedo illa perdit de
esse quod in actu animae consistit quod
etiam de accidentibus quaerere potest

Ad 3m sic proceditur. videtur quod in Christo
non sit tantum una filiatio relata
cum causa multiplicata multiplicatur effectus
Sed nativitas est causa filiationis ergo
cum in Christo sint duae nativita-
tes erunt etiam duae filiationes.
Praeterea impossibile est idem simul manere
et corrumpi. Sed supposito quod beata virgo
ante Christi mortem mortua fuisset
corrupta fuisset filiatio qua filius
matris dicebatur. manet autem
filiatio eterna qua dicitur filius
patris ergo alia filiatione dicitur Christus
filius patris et alia filius matris.
Sed dicitur quod est alius vel sed non
alia filiatio. Contra filius est
relativum secundum esse et non tantum secundum
dici sed huiusmodi relativa secundum proprium
proprietatibus sunt quorum esse est
ad aliud se habere. ergo esse filius

est esse r^us quo refertur ad aliqd
et ita si sunt plures r^us sunt
plures filiacones // P^s. in relacone
nichil inuenitur nisi r^us et
tamen sic fundamentum r^us sicut uni
tas quantitatis est fundamentum relacionis
que est equalitas sed r^us sit diuisi
quo xpus refertur ad patrem et
matrem fundamenta eorum respec
tiuum diuise sunt cause scilicet due
natiuitates nam filius est relacio
originis. ergo in xpo sunt plures filia
ciones // Sed quia filiacio est relacio
personalis sed in xpo est una tantum
persona ergo est una filiacio // Re^o.
dicendum quod in xpo est una tantum fili
acio secundum rem quamuis sint plures
r^us relati secundum r^onem (Ad cuius e
videnciam sciendum quod ut dicit
tenent ad aliquid ab aliis generibus
quia alia genera ex propria sui r^one
habent quod aliquid sunt quantitas enim
aliquid ponit et similiter est de aliis
sed ad aliqd ex propria sui r^one generis
non habet quod ponat aliquid sed ad
aliquid. Unde inueniuntur ad
aliqd que nichil sunt in rerum
natura sed in r^one tantum quod ab aliis ge
neribus non contingit et ceteris ad aliqd
ex r^one sui generis non habeant quod
ponant aliquid non tamen est sed
ex ipsa generis r^one quod nichil po
nant / quia sic nulla relacio esset
rez non ens ad aliqd aliquid, non esset unum de x generibus
Est autem relacio quod sit ad rela
ex eo quod relacio autem cum causa in
aliquo inuenitur aliquid propter quod
ad alterum dependeat ut quando paren
tum dicimus relatiue apparere vel de
pendere vel referri. sicut equa

litas relacionalis ponitur ex
unitate quantitatis que tamen equa
litates quia non ex eodem res
habet esse et unitatem corporalem uni
tas relacionis pensanda est ex
ipso relacionis fundamento vel causa ut quando
est una quantitas per quam pluribus
sit equalis in re non est nisi
una relacio realis equalitatis licet
rerum ad plures sunt quod una
natiuitate ex patre et matre genitus
sum una filiacione realiter dicor
filius utriusque quamuis multe r^us.
sed in xpo non possumus dicere
unam tamen esse filiacionem / Tum
quia refertur ad patrem et matrem
cum sint due natiuitates penitus
disparate. Unde si esset aliqd quod
filiacionem temporalem posset recipe
re sibi oporteret ponere in xpo
plures filiaciones nunc autem filius est
talis relacio quod non potest habere
subiectum nisi ipsum suppositum / In xpo autem
non est nisi suppositum eternum
quod quidem non potest esse subiectum alicuius
temporalis relacionis contingit enim
relaciones temporales de aliquo eterno
dici que sunt relaciones r^onis et non
rei. Unde filiacio qua xpus re
fertur ad matrem non est rela
cio realis / sed r^onis tantum sicut et ce
tere que dicuntur de deo ad creaturas
Non enim potest dici quod subiectum filiacio
nis sit suppositum eternum vel humane
nature vel alicuius partis eius
sicut dicitur suppositum mortis
vel panis / quia sic ipsa humana
natura vel pars eius esset proprium subiectum
filiacionis et denominaretur per
ipsam sicut contingit etiam de
aliis actibus que attribuuntur

xpo ronne humane nature fi
liacio nõ nunquam denominat nisi
ipsum suppositum. Non potest dici quod psbr
heri. ut tunc prohibet aliquas re-
lacões inesse xpo ad uirginem. sicut
tunc diceremus corpus xpi est virginis
virginee. Si ista relacio non habet racionem
filiacionis in ponemus secundum puncta
oppositum suppositum etiam esse ad ipsum xpo
creato. Ad primum igitur dicendum quod ex
natiuitate temporali non innascitur fi
liacio realis sed racionis tantum. Conve-
nit xpus realiter sit filius uirginis
sicut deus realiter est dominus creature
Sunt in eo dicendum non sit relacio
realis sed dominus cum realiter dominus
realis potentiam. et sic deus xpus realiter
filius uirginis per realem natiuitatem
Ad secundum dicendum quod relacio realis
dependet ex termino absque aliquo
refertur et id destructo termino
relacio amittitur. Sed in filia ad
prem remanet in xpo etiam suppo
ita est morte matris. Ad tertium dicendum
quod in isto posse de specie ex parte
propter causam. Sed quod diffus dicitur
duo secundum genus unde non oportet quod
sequeat esse relacio eius secundum ex causa
relacio eius non habet propriam racionem ge
neris vel speciei. Ad 4m dicendum quod
sunt sit racio filiacionis diuinae
et cum filiacione diuina tamen filia
cones non possunt esse due racione
causa sic dicta etc.

Consequenter queritur de xpo quantum
ad species sub quibus in sacro
altaris continetur. Utrum
sit sunt ibi accidentia sine subiecto. et
videtur quod non. Deus enim non
potest facere quod ita esse simul ver-
hoc autem esset si ab aliquo re

moueretur illud quod est de sua di
ffinicione ergo cum diffinicio accidentis
tradat esse in subiecto. quia accidentis esse
est inesse videtur quod deus non possit
facere accidens esse sine subiecto. Preterea de
eodem predicatur diffinicio et diffi
nitum. Sed esse per se est diffinicio
vel descripcio substancie. Si igitur inspiciamus aliquid
aux accidentia sunt per se non in subiecto
sequitur quod sunt substancie quod est absur
dum. Preterea ex accidentibus non potest ge
nerari substancia. Sed videmus ex illis
speciebus generari vermes et cineres
que constat non generari ex corpore
xpi ergo accidentia non sunt ibi sine
subiecto. Sed dicendum quod quia miraculose
Sed generari illa ordinantur ad fi
dei edificacionem sed hoc non ordinatur
ad edificacionem fidei sed est magis
ad scandalum quod vermes generentur
generentur. ergo non sit miraculose.
Preterea in operibus virtutis nichil debet esse
in ordinatum. Sed est ordinem quod
deus imposuit est accidentis sit subiecto
esse ergo non sunt ibi accidencia
sine subiecto. Sed contra sensus non decipitur
in proprio sensibili secundum philosophum in 2o de anima
Sed sensus iudicat ibi esse colorem
et saporem et alia huiusmodi ergo
hec accidentia sunt vere ibi. Non autem
sunt in corpore xpi sicut in subiecto
nec etiam in aere cum nec circumstantiam
sit nata affici talibus actibus ergo
accidentia sunt ibi sine subiecto. Respondeo dicendum
quod accidentia sunt ibi sine subiecto. quod
qualiter esse possit hinc ostenditur est
quod in omnibus causis ordinatis secundum philosophum
in libro de causis prima causa vehe
mencius influit in causatum
cause secunde. quia eciam causa secunda
unde fit ut causa prima non re

hat operacionem suam ab affectu ecc
pro quam causa prima recedit ut dicitur
ibidem in commento. Verius autem causa
et prima omnium entium deus est non
solum in subiecto sed etiam accidencium
ipse enim est creator substancie et accidentis
sed accidencia producit ex eo quodam
ordine. nam mediantibus substanciis prius
accidencia producuntur. Unde secundum nature
ordinem accidencia a prius substancie dependent ut sine substancia esse non possint
tamen propter hoc concluditur quod deus qui
prima causa possit accidencia inesse facere
substancia remota. et secundum hunc modum
accidencia miraculose fiunt in sacramento al
taris sine substancia. virtute scilicet divina
ea tenente in esse / Ad secundum dicendum
quod cum dicitur accidentis esse est inesse
vel quandocumque ponatur subiectum in
diffinicione accidentis. intelligitur esse diffinicio per ad
dicionem quando in diffinicione ponitur
aliquid quod est extra essenciam diffi
niti sicut nasus ponitur in diffinicione
simi. Hoc autem est propter naturalem depe
ndenciam accidentis a subiecto. sed hac non
impediente deus potest accidencia sine
subiecto conservare nec tamen sequitur dictam diffinicionem
esse veram quia subiectum non est de essencia
accidentis / Ad 2m dicendum quod 2m Commentatorem
in sua metaphysica esse non potest poni in
diffinicione alicuius generis vel speciei cum
tamen genus quam species non sint
secundum unum esse in omnibus. et ideo
hec non est vera diffinicio substancie
substancia est quod per se est. vel accidens est
quod est in alio. sed est circumlocucio eius
descripcionis que talis intelligitur
substancia est res cuius nature debetur esse
non in aliquo / accidens vero est
res cuius nature debetur esse
in alio. unde patet quod quamvis accidens
inherere sit non in subiecto. non tamen
pertinet ad diffinicionem substancie non
enim propter hoc eius nature debetur
esse non in aliquo nec conveniet
diffinicio accidentis quia adhuc natura
eius remanet talis ut ei debeatur
esse in alio / Ad 3m dicendum
quod de hiis que generantur corruptis
ut vermibus vel cineribus aut a
liquibus huiusmodi due sunt opiniones
quarum magis probabilis quarum
una est que dicit quod substancia panis
redit ex qua possunt talia generari.
sed hec opinio videtur quod aliquid esse
contrarium predicto nisi debite intelligatur
Primo quia non potest esse
quod iterum sit ibi substancia panis dum
enim sed ponere ibi esse substanciam
panis integris speciebus manentibus
et sic cum corpus Christi tamen dum
sit sub sacramento quamdiu species manent
sequeretur quod simul erunt ibi corpus
Christi et substancia panis quod non sustinet
racio. aut hoc erit destructis
speciebus. et hoc iterum est inconveniens
ut substancia panis sit sine propriis accidentibus
panis / secundo quia impossibile propter non
reditus. si enim aliquid est in alterum
conversum non potest dici redire nisi
illud reconvertatur in ipsum substancia autem
panis non est adnichilata sed
transsubstanciata in corpus Christi unde
non potest intelligi quod substancia panis
redeat nisi corpus Christi regeneretur
in panem quod est absurdum.
Unde si debeat ista opinio sustineri
intelligendum est propter substanciam panis ma
teria panis non quod redeat que prius
erit ibi. sed quod destructis speciebus
alia materia deo ibi produceretur vel

pcreationem vel quotiensque alio modo
de quo possint huiusmodi corpora ge-
nerari // Alia vero opinio est
planior ut dicatur quod illis ac-
cidentibus sicut datum est prius sub-
sistere divina virtute sic datum est
eis ut agant et ex eis fiat quod-
quid fieret ex substantia panis vel
quod quid ageretur si maneret
et hac virtute nutriunt et vermes
et cineres exinde generantur
et carnem generant / Si quis
multas hostias comederet et omnia
alia faciunt que ipsa substantia panis
non fecisset et hoc totum propter conditionis
que ibi substantia[?] accidentibus actum loco
substantie / Ad 2m quod hoc miraculum or-
dinatur ad fidem ne fides simul
meritum perdat si non sacri mysterii
representatur / Ad 3m dicendum quod licet
prohibet ad esse ordinat consideratione[?]
ordine tamen divinum est ordo naturalis
qua causa specialis / Et hoc modo conuenit[?]
secundum ordinem quem vere divinus
ordinatum sit ut accidens sit in
subiecto nichil tamen prohibet etiam vere
ordinatum esse ut miraculo alte-
rius accidens sit sine subiecto ut scilicet fi-
dei meritum habeat per locum[?] pacem[?]
Deinde queritur de incorporibus[?]
operibus[?] Christi et primo de angelis
// 2o de corporibus. De angelis
queruntur duo // Primo quod adunatur[?]
corporaliter utrum sint compositi ex ma-
teria et forma / 2o quod ad cogni-
tionem corporaliter utrum simul in actu
possint esse in cognitione matu-
tina et vespertina vel utrum simul
cognoscant res in propria natura
et in verbo / 3o quod ad meritum
voluntatis [illegible] scilicet potuit

eodem actu creationis incepit[?] firmamentum
et terra // 2o quod queritur ad motum utrum
moveantur in instanti. 3o quod
ad assistum utrum possint in [illegible]
vel aliquid facere in istis corpori-
bus etc.

Circa primum sic proceditur. Videtur
quod angelus sit compositus ex
materia et forma // Augustinus
enim dicit in libro de mirabilibus
sacre scripture omnipotens deus ex
materia informi quam prius con-
didit corporalium et incorporalium
sensibilium et insensibilium intelligi-
bilium et intellectu carentium multi-
formes species divisit // Angeli
autem sunt intellectuales et incorporales
ergo habent materiam in sua compo-
sitione // Preterea bo. dicit in libro de trinitate
et uno quoddam est simplex quod
tamen duplicitur ut angelus et
anima quorum unum quod est quod et [illegible]
quodammodo materie et forme et sic
idem quod prius // Preterea omne quod est
in genere habet genus et differentiam
genus autem sumitur a [illegible] in
sua [illegible] sumitur [illegible]
ex natura forme ergo omne
quod est in genere compositum est
ex materia et forma. Angelus
autem est in genere substantie cum ipse sit
habens speciem limitatam. Ergo angelus
est compositus ex materia et forma
Sed contra quod dicitur angeli non sunt ex forma b[?]
ex formali quod est ipsum esse an-
gelo. Contra Dyonisius [illegible] est
de essentia et intrat diffinitionem
ipsius sed in omni creatura esse
est aliud ab essentia eius nec
intrat diffinitionem eius ut dicit Alanus[?]
[illegible] dicit ergo [illegible] angeli non potest

fui ex se ipius p. 10 aud in
posse plura prima bona esse q
oporteret in aliquo convenire
cum utrumque sit summum bonum
et in aliquo differre aliās non
essent plura et sic essent composita
sed constat esse plures senciās qu=
gelicās g° oz eas in aliquo convē
et in aliquo differre et sic oz eas
esse compositas. sed compositi ptes sunt
materia et forma ergo an. q
ponuntur ex materia et forma. Et
hoc est qd dicit Boecius de duabus
naturis in una p. xpi. Omnibus na
incorporee sbe u. matie i intit
fi.to. sed angeli sunt incorporei
ergo non est in eis materia. Rō
dom quidam ponunt angelos
compositos ex materia et forma. sed
hoc vi. repugnans rōe coviu
pr duo que in eis inveniuntur.
Primo quidem quia intellectuales
sunt si enim anl. haberent materi
am desm compositionem oporteret
ome qd in eis est esse in eis pmodum
matie. cum ome qd est in a°
sit in eo pmodum recipientis ut habetur
in libro de causis. Forma aut aliqua
hoc modo est in m. qd tea lz ee
ptic. et materiale. Unde si angeli
essent ex materia compositi oporteret
qd forme quibus intelligunt quodque
sicut essent in eis sm ee materia
le et ptic. et sic sequeretur hoc impo
sibile qd an. nichil agnosceret ab
nisi ptic. quia forma pticlar in
aliquo recepta non pot esse ubis
cius principium sicut pz in ss° z° c°
pt abviari. pr hoc qd ponatur
angelus compositus ex materia alte
rius rōe quam materia corpali. qr
quecumque est prima materia constit qd re

cipit formam pticularem aut pticla
rias angelis non esset vis pti
cularis et sic ia materia conve
niret cum hac illi in hoc qd for
me in ea recipientur pmodum pti
clarem. Unde impossibile est.
angelum ul aliquam substanciam
intellectualem ex materia compon
tum alius modi sit receptio
qua recipit intellectus formas
et qua recipit illi prima ut dcm
est. Unde dicit phs in tcio de
aia. Omnium phorum sua est
qd intellectus in nimis hz aia
terra // 2° repugnat eis pte
qd incorporeales sunt quecumque enim
ex materia componuntur oz i materia
convenire eo qd materia sm se
accepta cum qualibet forma ca
reat non hz in se aliquam distinctio
nis rōnem supposita aut diversitate
illi imposile est qd una materia di
versas et disparatas formas recipiat
nisi sm divisionem ptes. Non enim
pt eadem materia et sm idem
recipere formam angeli et formam la
pidis. Divisibilis aut partium non
pt intelligi in materia nisi i extra
sione rōne divisio nisi intellecta dime
sione quia sine quantitate sba remanet
indivisibilis ut d. in 1° phi°
Un oudit oia que sunt composita
ex materia dimensiva ee q° rōnem
in corpore pt esse ex materia
componitur. Et quia sba angeli non
est sum esse hoc n soli deo compe
tit tui esse debetur ex se ipso et
non alio. In denique in aliis
et phan suie aditus eius que
subsistit. et eius ee quo sub
sistit. quo sez actu essendi dicitur.

 

esse · sicut actu circuli dicimus
dr 7c dicimus angelum esse compo-
situm ex quo est et quod est ut
secundum verbum boecii ex esse et quod
est. Et quia ipsa substantia angeli in se
considerata est impotencia ad esse
cum habeat esse ab alio et ipsum
esse sit actus eius ideo est in eo com-
positio actus et potencie. et sic
possunt in eo concedi materia et forma
si omnis actus debeat dici forma et
omnis potencia materia. Sed hoc non
competit in proposito. quia esse non
est actus qui sit pars essencie sed
forma est ipsa quod dicitur angelus secundum
se tum per se subsistens quod materie
non competit. Ad 5m ergo dicendum quod
Augustinus super genesim ad litteram materiam
informem quam deus primo condidit
dicit significari per celum et terram cum
dicitur In principio creavit deus celum et terram
ut per terram significetur materia
informis visibilium per celum
autem ipsa natura angelica nondum
formata per conversionem ad deum ut ipsa
natalia angelorum attribuantur eis
de prima dona gratie attribuuntur
eis quasi forma. Unde non ad propositum
auctoritas inducta. Ad 2m dicendum
quod liber ille non est boecii unde
non oportet quod in auctoritate illa recipiatur.
sustinendo tamen ipsum potest dici quod
formam et materiam large accipit
(80) pro actu et potencia ut dictum est
Ad 3m quod ipsa substantia angeli quodam-
modo se habet ad esse eius ut ma-
teria ad formam ut dictum est. Materia
autem si eius essencia diffunderetur
haberet per essenciam ipsum suum ordi-
nem ad formam et per consequens ipsam
suam formam. Et similiter in angelis
ex ipsa natura substantie accipitur ipsorum
genus quia ex porcione non quia
substantie ad esse accipitur specierum differen-
tia. Unde secundum hoc angeli diffe-
runt specie secundum quod in substantia unius est plus
vel minus de potencia quam in substantia al-
terius dicunt autem vanitatem intellectus de
compositis substantiis quem concedit
non enim ab ipso esse sumitur differencia
sed magis ex habitudine ipsius substantie
ad esse. Ad 4m dicendum quod in summo
deo nulla diversitas esse potest cum in
eo sit idem esse et quod est. Unde hoc
sufficiat ad eius pluralitatem removendam
sed compositio que in angelo invenitur
sufficit ad eius pluralitatem ut ex
dictis patet etc.

Utrum 2m sit predicta ratio quod angelus
non possit cognoscere simul
res in verbo et in propria natura

eadem enim potencia non potest si-
mul geminum actum habere ut quod intellectus
simul plura intelligat. Sed alius ac- a
tus est quo intellectus angeli videt
res in verbo et alius quo videt
res in propria natura ergo impossibile est ut
simul videat res in verbo et in propria natura
Sed diceretis quod hoc modo videtur
ab intellectu angeli simul res in verbo
et in propria natura sicut intellectus noster
videt eclipsim et causam eius Contra
tamen intellectus noster videt eclipsim
et causam eius accipit tamen ut res
intellecta eclipsim. ergo accipit ecli-
psim et causam eius ut unum intellectum
et sic est unus tantum actus. Sed unius
non potest esse nisi unus finis vel terminus
sicut una linea non vadit ultra
sicut ex una parte nisi ad unum
punctum. Sed volicio tamen est pate-
tur est operacio ergo non potest una op-
eracio simul habere plures actus. et
sic idem quod prius. Preterea sicut se

sed potencia ad actum ita actus
ad obiectum sed unus actus non
potest terminari ad duo obiecta ergo nec
una potencia potest simul habere plures
actus et sic idem quod prius. Sed contra
visio qua angeli vident res in
verbo est visio beata que quidem non
est intercisa sed continua, si ergo non potest
videre simul res in propria natura
et in verbo numquam videret res in
propria natura et precipue hoc videtur
in anima christi que ab initio sue cre-
acionis vidit deum et res in verbo
3o contra quod angelus vel anima simul potest
videre res in verbo et in propria
natura et hoc expresse potest haberi ab
Augustino libro 4o super genesim ad litteram ubi
vult quod dies illi et vespere et
mane in eis non sunt ordinati
secundum successionem sed secundum ordinem nature unde
simul est primus dies et
secunda et mane cum vespere et ita
simul visio rerum in verbo et in propria
natura quod quale sit possibile
videndum. Operari siquidem non
proprie attribuitur potencie sed rei
subsistenti, quod per potenciam operatur
ut ipsa potencia intellectiva non sit
operans intellecta sed magis operans
principium sicut autem potencia intellectiva
est principium intelligendi ipsi probe
Sic species intelligibilis est principium
intellectionis ipsi potencie. Unde sicut
una res potest simul diversos actus
habere secundum diversas potencias ut
anima simul vult et intelligit Ita
ex una potencia intellectiva potest
simul prodire diversi actus si simul
diversis speciebus intelligibilibus
formatur. habet enim causam aliquam
3a assignat. Et non est possibile

simul multa intelligere quia scilicet non
est possibile intellectum simul in formari
multis speciebus in actu perfecte sicut
nec idem corpus figurari simul
diversis figuris. Visio autem qua
angelus videt res in propria natura
fit per speciem intelligibilem concrea-
tam vel infusam in mentem.
Visio autem rerum in verbo fit
per propriam speciem ubi sunt essenciam
que non est in nobis sed in intellectu
unitur sicut intelligibilis. Species autem
concreata in nobis non repugnat
unioni in intellectu angeli ad verbum
cum non sit unius racionis et ideo
ipsa species et quia quod est perfec-
tionis in intellectu augetur et
fit quasi materialis disposicio ad illam
beatam visionem. Unde simul ex
intellectu angeli procedit operacio
duplex una racione visionis ad
deum qua scilicet videt res in verbo
Alia racione speciei intelligibilis concreate
qua videt res in propria natura nec
etiam una harum operacionum de-
bilitatur per attencionem ad alteram
sed magis confortatur et una
fit racio alterius sicut imago
rei visa conformatur cum videtur
in actu oculo exteriori. Actio
enim beatitudinis in beatis est racio
tunc sed altitudinis racionis in eis
invenitur. Et per hoc patet responsio ad
primum secundum conceditur quia ex
illius non est inconveniens. Ad
3m dicendum quod potencia intellectiva
angeli non terminatur ad duos
actus secundum idem sed secundum diversas
species quibus ad actum ordi-
natur. Ad 4m dicendum quod intellectus actu

et obiectum nichil cadit medium sicut species cadit media inter intellectum et eius actum. Quod non est simile. 2a

D 3m sic proceditur videtur quod angelus non meruerit suam beatitudinem

solacione eternitas est interminabilis
bilis vite tota simul ac perfecta
possessio Si igitur evum quod est
angeli duratio non haberet prius et
posterius non differret ab eternitate
quod falsum est // Sed contra prius et poste
rius sunt in tempore quod mensurat
motum sed in esse angeli non est
aliquis motus nec illud esse aliquo
modo motui subiacet ergo in evo
quod est eius mensura non est prius
et posterius // Preterea tempus nichil ali
ud est quam numerus prioris et poste
rioris si ergo in evo sit invenire
prius et posterius evum non differet
a tempore // Respondeo dicendum quod de re aliqua
possumus loqui dupliciter Uno modo
secundum quod est in rerum natura Alio modo
secundum quod est in consideracione nostra
Primo modo accipitur essentia rei cum aliquibus
suis disposicionibus et operacionibus
quia sine hiis essentia non invenitur
in rerum natura // Sed 2° potest accipi essentia
absque suis disposicionibus quia consyde
racio essentie non dependet a consideracione
cione suarum disposicionum Accipiendo
igitur mensuram durationis
secundum primum modum sic solidior competit
duracio que sit tota simul et non
alicui creature eo quod solus deus
est immutabilis quantum ad essentiam
et quantum ad omnia que circa essentiam
considerari possunt quedam autem circa

est variabilis vel secundum scientiam et
statum vel secundum aliquam dispositionem
aut operationem. Et secundum hoc Augustinus [?]
[?] questione ad Horosium ponit
omnes creaturas esse in tempore et an-
gelos. Sed accipiendo mensuram
durationis angeli 2o modo, scilicet
consideratur eius substantia ab-
solute, eius mensura est evum et
non tempus. De quo quidem evo
est duplex opinio. Quidam enim dicunt
quod in evo est prius et posterius sed
non sicut in tempore. Nam in tempore prius
et posterius est cum innovatione,
in evo autem sine innovatione. Sed
hoc non est intelligibile. Impossi-
bile est enim esse alicuius durationis
duas partes simul quarum una alteram
non includit sicut mensis includit
diem. Unde simul est aliquid in mense
et in die, sed duo dies et duo men-
ses simul esse non possunt. Unde quando
in aliqua duratione ponuntur due
partes quarum una est prior et alia
posterior, oportet quod una succedente
alia adveniat. Et sic oportet in
omni duratione in qua est prius et
posterius quod sit innovatio. Successio
autem durationis in innovationem habere
non potest nisi illud quod per durationem
mensuratur innovationem recipere
possit. Esse autem angeli est absque
innovatione, quia ex quo cepit esse
in immutabilitate permanebit, cum nec
in eo sit motus nec alicui motui
sit subiectum sicut esse rei corruptibilis est
subiectum motui celi. Sic ergo si mensura
attribuatur angelo secundum ab-
stractum tunc illa non habet prius et posterius
sic mensuratur esse evo.
Similiter si attribuatur eius durationis

vel de ratione operum vel affectionum sicut
eorum mensura habet prius et po-
sterius sic etiam mensurantur
tempore secundum quod dicit Augustinus super
Genesim ad litteram quod deus movet
spiritualem creaturam per tempus.
Ad [?] quod dicitur quod rei esse vel
eventus aliquid potest attribui dupliciter.
Uno modo ratione sui ipsius et sic
non attribuitur neque fuisse neque
futurum esse sed presens esse, quia in preterito
et futuro explicatur prius et po-
sterius, non autem in presenti. Alio modo
ratione mensure adiacentis vel
subiacentis, id est ratione temporis, et sic at-
tribuitur et fuisse vel fore per coniunc-
tionem ad tempus preteritum et
futurum esse per coniunctionem ad tempus
prius, ipsum enim momentum totius te-
mporis. Unde dicit Augustinus de deo quod
fuit quia nunquam defuit, erit quia
nunquam deerit. Sic ergo deus non
potest facere angelum non fuisse quia
non potest facere quin tempus preteritum
simul cum esse angeli fuit. Potest autem
facere angelum non esse, quia tempus
potest facere ut esse angeli non sit
simul cum tempore quod presens est nunc
vel erit in futuro. Et sic ista
diversitas magis procedit ex modo
locutionis quam ex re [?]. Ad [?]
dicendum quod infinitum dicitur dupliciter. Uno
modo privative et sic non attribuitur
nisi hiis que habent extensionem
vel quantitatem; hoc enim solum
natum est habere finem et ita est
de nullo secundum infinitatem quia non
habet aliquam extensionem nisi extensionem
extensio in eo consideratur ex com-
paratione mensure subiacentis
scilicet temporis et ita nulla creatura est

infinitum in actu / Alio modo dicitur
infinitum negative i. quod non habet
finem et sic indivisibilia sunt in-
finita ut puncta et unitates que
non sunt finita et hoc modo
evum est infinitum quia non finitur.
Sic ergo aliquid creatum esse
secundum aliquid infinitum actu intelligi potest
licet / Ad 3m dicendum quod per eundem
modum est infinitum ex ante
et evum / Ad quartum dicendum quod inter
eternitatem et evum potest assignari
triplex differentia quarum una potest sumi
ex predictis nam eternitas mensurat
ipsum esse divinum quod est in re sua
natura idem cum omnibus que ei
attribuuntur non autem evum ut dic-
tum est / Alia sumitur ex hoc quod eter-
nitas mensurat esse per se stans
unde eternitas est idem cum esse e-
terno. Evum autem mensurat esse
creatum quod non est per se stans
quia est aliud a sua essentia creati
Tertia potest sumi ex hoc quod evum quam-
vis sit interminabile ex parte finis
non tamen ex parte finis principii eterni-
tas vero ex parte utriusque termini
Consequenter queritur de anima et primo
quantum ad naturam / 2o quantum ad gra-
tiam / 3o quantum ad culpam 4o
quantum ad gloriam / Circa naturam anime
quesitum est de eius essentia et de
eius operatione / Circa essentiam que-
sita sunt duo / Primo utrum anima
sit sue potentie / 2o utrum secundum suam
essentiam sit incorruptibilis
Ad primum sic proceditur videtur quod anima
4 sit sue potentie quia in libro
de spiritu et anima dicitur quod
anima est quedam sua scilicet potentie
quedam vero sua non est scilicet vir-
tutes / Praeterea Augustinus dicit in libro
de trinitate quod memoria intelligentia
et voluntas sunt una mens
una vita una essentia / Praeterea licet ta-
lem secundum magistrum 3 dist. libri primi sunt
tres anime vires ergo anime vires
sunt ipsa eius essentia / Praeterea constat
est quod Dionysius xi capitulo de celesti hierarchia distin-
guit substantias angelicas in tria scilicet in sub-
stantiam virtutem et operationem
sed angelus non est minoris sim-
plicitatis quam anima ergo et in anima
sua substantia non est sua virtus sive pote-
ntia / Sed contra que sunt idem si unum
multiplicatur et reliquum. si ergo
anima sit idem et sue potentie videtur
quod cum potentie sint multe quod essentia anime
una esse non possit / Respondeo dicendum quod
de anima dupliciter loqui possumus uno
modo secundum quod est quedam substantia et
sic impossibile est quod anima sit sue
potentie duplici ratione quarum una
sumitur ex eo quod est anime proprium quia
scilicet impossibile est ut idem secundum idem
sit naturaliter principium plurium et
diversorum et maxime oppositorum
Anima autem secundum diversas potentias
invenitur esse principium actuum diver-
sorum secundum speciem et oppositorum
unde impossibile est quod ipsa essentia
anime que est una sit immediatum horum
principium / et ideo oportet ponere in anima
preter eius substantiam potentias natura-
les que sunt horum actuum
immediata principia / Secunda ratio
sumitur ex eo quod est commune nature anime
et omni substantie create / In nulla enim
substantia creata est idem esse et opera-
tio cum solius dei est esse suum. autem 4 prius
est accidens secundum potentiam vero opera-
tionis quod cum ab uno naturaliter
non sit nisi unum illa substantia nisi

diuina est sua potentia. Ad 4m dicendum quod instantia de potentia infinita, etiam dato quod sit sua essentia, quia talis potentia non est ad operationem sed ad esse. Aliomodo possumus loqui de anima secundum quod est quoddam totum potestativum et sic diverse potentie sunt partes eius, et ita anima predicatur de potentiis vel econverso, quia nec minor sit abusio in toto potestativo quam integrali, quia totum potestativum ~~quam integrali quia totum potestativum~~ secundum suam essentiam adest cuilibet parti, non autem integrale. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

6 Deinde 2m sic proceditur. Videtur quod anima rationalis sit corruptibilis. Quia 2m dictum in questione precedenti potest esse sit per operationem. Propria autem operatio anime rationalis est intelligere, ad quod indiget corpore, cum non sit intelligere sine fantasmate, ut patet per philosophum in 3o de anima. Ergo destructo corpore substantia anime rationalis non manet. Praeterea id quod habet virtutem ut sit semper non invenitur quandoque esse et quandoque non esse, alias in vanum esset quod sibi virtus rei exposcit. Ergo quod invenitur quandoque esse et quandoque non esse non habet virtutem ut sit semper. Sed omne quod incepit esse invenitur quandoque esse et quandoque non esse. Ergo nullum quod incepit esse habet virtutem ut sit semper, et ita impossibile quod incepit esse potest esse incorruptibile. Sed anima rationalis incepit esse, ergo non potest esse incorruptibilis. Praeterea omnis compositio ex corpore et anima est quoddam esse; si autem potest anima sine hoc esse, anima habet aliud esse. Ergo compositio advenit anime post esse completum. Ergo huiusmodi compositio est anime accidentalis et sic homo non erit ens per se sed ens per accidens, quod est inconveniens. Si autem non habet aliud esse anima preter esse compositi, ergo perempto deficit esse compositi, anima esse non potest; sed in morte corporali deficit esse compositi, ergo anima post mortem corporis non remanet. Praeterea anima est forma corporis. Aut ergo per essentiam suam aut per accidens. Si per accidens, sequitur quod compositio anime et corporis sit accidentalis, sicut corporis ad indumentum. Si per essentiam, ergo cum forma materialis est forma non possit esse sine materia, videtur quod anima post mortem corporis remanere non possit. Sed contra est quod philosophus dicit in 2o de anima quod intellectus separatur ab aliis sicut perpetuum a corporali. Praeterea philosophus in 10o ethicorum ponit felicitatem contemplativam pervenire cum illa que diuturnior est, sed humilis durat usque ad mortem; ergo contemplativa est post mortem; ergo anima permanet. Respondeo dicendum quod necesse est ponere substantiam anime rationalis esse incorruptibilem. Si enim corrumpitur, corruptibilis intellectum quidam ponunt ex hoc esse ponentes animam que est pars hominis ~~corruptibilem~~ corruptibilem fore; tamen ponunt intellectum separatum continuari nobis per illustrationem, secundum eos qui ponunt intellectum agentem separatum et incorruptibilem, intellectum vero possibilem quantum corruptibilem. Alio modo per continuacionem intellectus ad fantasmata, secundum eos qui ponunt etiam intellectum possibilem esse separatum et incorruptibilem. Sed primum istorum esse non potest, quia si in nobis non est aliqua virtus nisi corruptibilis

Si eciam corrumpitur aut corrumpitur prout a patribus, propter quod corrumpi non possit, non
esset composita convincia et facientie equite quod esse non potest, non esset elementum, et quod elementum
ut antiquis philosophi posuerunt, quorum ponentes in primo de anima recitabantur, quia per accidens corrumpi
non potest non ponetur, quod non est possibile esse, sed solum esse cum aliis sic est de aliis
formis materialibus, que possibile non sunt esse subsistentes. Sed sic possibile compositum subsistentiam
eorum sicut corpus et partes corrumpitur compositum corruptum. Et dicit de anima velle dici
non potest, nam quod anima est esse in compositione sed quod possibile aperte. Unde est de formis non
separatur. Sed composita per formas. Anima autem in eius possibilitatem operationum quam operatur ullo or-
gano corporeo mediante sed illic ut probat philosophus 13o de anima, non eum possit omnium
similium formarum cognoscitive nisi abcentibus formis sensibilibus esset de imudata. Velamen esset
actus omnium cum intellectus recipiat quod non est, oportet igitur si anima per aliquod organum
intelliget quod careret omni formarum sensibilium cum ante formas sensibiles sit nata intelligere
Sicut pupilla caret omni colore adeo quod ullum possit omnes colores cognoscere. Impossibile
est autem esse aliquod organum corporale carens omni forma sensibili. Relinquitur ergo solam animam
intellectivam esse corruptibilem. Unde est dicit philosophus 3o de anima quod intellectus videtur esse substantia
quedam que non corrumpitur et quod aut incorruptibilem intellectum quidem posuerunt quod
formarum esse ponentes

= lumen intellectus agentis non pt in nobis recipi nisi intellec-tum receptum sit in recipiente p modum recipientis / et ita non reci-pitur nisi intellectu / et sic nos non possumus esse intelligentes. Similiter p(rim)o esse non pt nam fantasmata sunt in nobis p quam operationem que sequitur esse quia sic homo non haberet esse specificum ex hoc quod est intel-lectum non sit racionalis nisi ex hoc quod intellectum quiescitur. Restat ergo quod ipsa humana aīa que est forma corporis est intellectiva incorruptibilis. Ad primum ergo dicendum quod aīa indiget aliquo corporali ad suam operationem duplici modo sicut organo per quod operatur et sic non indiget aliquo organo ut probatum est. Si autem sic in-digeret organo ad intelligendum esset corruptibilis ut ipote non potens per se operari. Alio modo ad operandum indiget aliquo corporali sicut obiecto sicut oculus ad vi-dendum indiget corpore colorato et sic aīa communiter indiget ad intelli-gendum fantasmate quia fantasmata sunt ut sensibilia intellectivae aīe ut dicitur in 3° de aīa. Operatio autem que sic indiget corporali ab extrinseco non pt esse sine corporali illo pt autem postea sicut aīa se-parata nullam operationem habere pt nisi prius moveatur a sensibus qui sunt extra eam / ergo postea removentur actus ymaginacionis cum sensibus ab-sentibus / et similiter destructis fan-tasmatibus operatio intellectiva in aīa remanere pt // Ad 2^m dicendum quod illuminatio est et probatio ipsius in 1°

re. et nunc qui ibi audit quod omne generatum est corruptibile et secundum locum in aliis que fiunt et corrumpuntur. Naturaliter in quibus ex defectu virtutis est quod non possunt in semper fuisse nec semper fore non autem secundum locum in hiis que per creacionem fiunt que accipiunt a deo virtutem ut sint semper / per quam ea non possunt aliquam causam accipiant / Ad 3^m dicendum quod aīa est sicut forma corporis quod quidem ita acquiritur aīe in corpore. ut secundum ipsum consistere possit quod non est de aliis formis. et sic ipsum esse aīe fit esse compositi / et tamen manet composito destructo / Ad 4^m dicendum quod aīa per suam essentiam forma corporis est non destructo corpore destruitur in aīa illud p(rim)o quod est forma secundum solum desi-nit esse forma in actu :.

Consequenter queratur de operatione aīe et circa hoc queruntur duo // primo utrum aīa separata intellectiva omnia que cognoscit in prima veritate — cognoscat
2° utrum aīa separata a corpore habeat actus sensitivarum potenciarum

Ad primum sic proceditur. Videtur quod aīa quicquid intelligat in intelligit in prima veritate / augustinus dicit 12 confessionum. Si ambo videmus verum esse quod dico ubi quaeso illud videmus non ego in te nec tu in me. sed ambo in ea que super nos est in commu-tabili veritate. et sic patet verum quod aīa cognoscit in prima veritate videtur // secundum verum addit quod sub intelligere intellectum sive manifestum / sicut patet de princi-piis demonstrationis et de luce corporali per quam visus corpora videt ergo prima veritas est maxime omnibus intelligibilia manifesta. et sic non solum per eam sed in ea omnia cognoscuntur / Secundum quod multi de conclusionibus demonstrativis verum

cognitorum sicut qui de prima veritate nichil cognoverunt . ergo non omne verum in prima veritate cognoscitur / Preterea Augustinus dicit libro de libero arbitrio quod nullus de prima veritate iudicatur et quod nullus sine ea bene vere iudicat / et ita si de ea non iudicatur non cognoscuntur nec alia in ea / Respondeo dicendum quod sicut quedam glosa dicit super illud psalmi / Diminute sunt veritates etc. dicit ab una prima veritate multe veritates in mentibus hominum resultant sicut multe facies in speculo fracto ab una facie hominis resultant huiusmodi autem resultacio est duplex scilicet duorum ad lumen intellectuale de quo in psalmo / Signatum est super nos lumen vultus tui domine / secundum ad prima principia naturaliter nota sive sint complexa sive incomplexa / nichil autem possumus veritatem cognoscere nisi ex primis principiis et ex lumine intellectuali que veritatem manifestare non possunt nisi secundum quod sunt similitudo illius prime veritatis quia ex hoc etiam habent quandam immutabilitatem et stabilitatem / Sic igitur ipsa prima veritate secundum suam essentiam nec omnia videntur a nobis in statu vie . cum nec ipsa per suam essentiam a viatoribus videantur / sed in prima ratione cognoscimus sicut in causis ab ea exemplariter omnis veritas a nobis cognoscitur et exemplum est quod duo idem ad videmus in speculo ab eadem veritate extra veritas in mente resultaret / Et ita intelligendum est dictum Augustini et sic patet solucio ad primum Ad 2m dicendum quod operari aliquo sive movere dicitur dupliciter Uno modo sicut principio formali operacionis vel motus et sic non ab quod motus moventis vel operacio operantis tenetur ad illud quod operatur / Non enim ignis calefacit calorem quo calefacit / Alio modo sicut in instrumento et sic nec motus moventis tenetur ad illud quod movet sicut manus baculo movet lapidem et baculum manum movet Illud ergo quo cognoscimus sicut instrumento oportet esse in nobis primo notum sicut cognoscimus conclusiones et principia multa nota ad quem comparatur intellectus agentis sicut ad instrumenta sicut dicit commentator in 3o de anima . sed illud quo cognoscimus sicut forma cognoscentis non oportet esse notum quia nec oculus videt lucem que est de oculi comparacione nec speciem per quam videt / Et ita etiam non est necessarium ut quicumque intelligit aliquid intelligat intellectum suum quo intelligit vel lumen intellectuale / Sic igitur veritas a prima veritate in mentibus nostris extra a nobis primum cognoscitur de necessitate ad hoc quod alia in ea cognoscantur sed quantum ad ipsum intellectuale lumen ipsa vero essencia veritatis a nobis per suam essentiam videtur

Ad 2m sic procedebatur 8

Videtur quod anima separata actu sensitivas potencias habere possit / Cassiodorus enim dicit in libro de anima quod anima sine corpore videt et audit et reliquis sensibus utitur / Preterea huc idem quedam dicuntur de dimitte in inferno sepulto que sine actu sensuum esse non possunt / sed constat quod ibi erat tunc anima divitis sine corpore . ergo anima sine corpore operacionem sensuum habere potest // Preterea frustra est potencia que non reducitur ad actum . sed anima post mortem remanet sicut potencie sensitive ergo et actus sensuum // Preterea dicendum quod impossibile est in anima separata alicuius potencie

sensitive actum esse . quod sic patet
operacio enim potencie sensitive eodem
modo perficitur in homine et in bruto
eodem enim homo videt per oculum
quo equus / Actus autem potencie sensi
tive in bruto non est ipsius anime
sensitive per se sed mediante organo
si enim per se haberet subsistere naturam
sic esset incorruptibilis ut de anima intel
lectiva dictum est . Unde cum sit homo in con
veniens / Impossibile est quod in bruto
vel in homine potencia sensitiva habeat aliquem ac
tum proprium / sed omnis actus eius est
coniuncti unde in anima separata remanere
non potest / Quidam tamen dicunt animam
sensitivam habere duos actus unum
quem exercet organo mediante qui post
mortem non manet / Alium quem
per se ipsam agit . et hic manet post
mortem // hoc autem non videtur attestari
opinioni platonis de anima qui ponebat
animam sensitivam movere se ipsam / et
sic movere corpus et sic operacio qua
movebat se ipsam erat sibi propria alia
vero qua movebit corpus erat
coniuncti . Et propter hoc plato ponebat a
nimas etiam brutorum esse incorru
ptibiles / hoc enim de necessitate sequitur
quod tamen isti non concedunt / Ad secundum dicen
dum quod sicut operaciones voluntatis
propter quandam similitudinem nominantur
nominibus passionum que sunt in appeti
tu sensitivo / Ita intellectus operaciones
nominantur ab operationibus sensuum propter
similitudinem et sic loquitur Cassiodorus
Ad 2m dicendum quod ista verba que osten
dunt divinitatem et metaphorice intelligi vel
secundum similitudinem et non secundum res ipsas
ut Augustinus dicit / Ad 3m dicendum quod
secundum quosdam in anima non manent
potencie sensitive actu sed in radice
tantum / si autem actu non maneant

non ideo frustra erunt / quibus ac
tibus carent manent enim ad
nature integritatem sicut membra
generationis in resurgentibus . -
Deinde queritur de hiis que pertinent
ad continentiam / Et circa hoc queruntur
tria / Primo de precepto honoris
parentum / 2o de consilio quantum ad votum
obediencie / 3o de voto continentie .
Ad primum sic proceditur videtur quod cuius
pater non potest sustinere consilio
nisi contineretur accipiat debitum
Unde parentum nutrire possit non tene
atur continere ut parentum sustentet
Cum enim caritas sit ordinata plus
aliquis tenetur sibi quam patri . sed
laudabile esset si aliquis propter virginitatem
servandam se morti exponeret
ergo non tenetur aliquis propter servanda
patris vita matrimonium contrahere // Preterea precep
tum non contrahitur consilio sed de virgi
nitate servanda est consilium ut patet
1 ad Cor. vii co. propter preceptum de hono
ratione parentum non obligatur ad
ad hoc / Unde virginitatem perdat //
Sed contra preceptum affirmativum obligat
pro loco et tempore . sed tempus de
honorando parentum est quando parentes indiget
ergo tunc obligatur aliquis ex
tali precepto / et ita videtur quod teneatur
matrimonium contrahere si aliter patri subvenire
non possit // Respondeo dicendum quod casus propositus
tus non videtur esse de facili possibile
cum enim contingere potest / quod aliquis
parentes sustentare possit absque con
tractu filiorum manibus operando
vel mendicando si tamen hoc contingeret
esset idem iudicium de virginitate ser
vanda in isto articulo et de aliis
perfectionis operibus sicut est ingressus
in religionem / De quo quidam
varie opinantur dicunt enim aliqui

quod si aliquis habet parentem indigentem
si quid habet ad eius sustentacionem et
sic potest licite religionem intrare
parentum curam patri celesti committens
qui eciam aves pascit. Sed quia
hoc opus minus videtur, apparet. Ideo me-
lius videtur dicendum quod ille qui habet propo-
situm intrandi religionem videt
se in seculo non posse vivere sine peccato
mortali vel non de facili. Et tamen ti-
met quod periculum peccati mortalis tunc
magis saluti sue tenetur
providere quam corporali necessitati parentum
non tenetur in seculo remanere. Si
autem videt in seculo posse conversari
absque peccato distinguendum videtur quod
si sine eius obsequio parentes nullo modo
vivere possent, sic tenetur eis
servire et alia opera perfectionis pre-
mittere. Sic enim hoc male preter-
mitteret et parentes eos dimitteret.
Si vero suum sine eius obsequio possent
aliqualiter sustentari, non autem ita
honorifice non propter hoc tenetur opera
vrõ perfectionis dimittere. Secus autem
est de illo qui iam religionem in-
travit, quia tunc iam sit mortuus
mundo per professionem, solutus est a le-
ge qua in mundanis obsequiis pa-
rentibus tenebatur secundum doctrinam
apostoli Ro. vii. In hiis autem
spiritualibus puta oracionibus et huiusmodi
eis tenetur servire. Et hoc quod dictum
est de introitu religionis potest etiam
de observancia virginitatis et de a-
liis operibus perfectionis dici. Ad 3m
quod dicendum quod si aliquis non esset virgini-
tatem professus non deberet mori
fame antequam matrimonium consumetur
Ad 2m dicendum quod preceptum contrarium co-

silio nichil prohibet in casu :-
Ad 2m sic proceditur videtur quod
religiosus qui emisit votum
obediencie tenetur in omnibus
prelato obedire et in omnibus
quia per votum castitatis religio-
sus omni concubitu renunciat ergo
per votum obediencie abrenunci-
at proprie voluntati secundum ad omnia
Preterea beatus Benedictus dicit in regu-
la quod si prelatus impossibile iub-
eat temptandum est ergo multo
magis in non difficilibus obedire
tenetur. Preterea votum obediencie
ad statum perfectionis pertinet hoc
autem non esset si non teneretur
obedire nisi in hiis que in regu-
la continentur quia quilibet subditus
etiam secularis tenetur prelato
suo obedire in aliquibus que per-
tinent ad ipsam prelaturam ergo videtur
quod religiosus teneatur simpliciter
in omnibus obedire. Sed contra reli-
giosi non tenentur ad plura quam
seculares nisi quantum se per vo-
tum obligaverunt sed per votum per-
fectionis non se obligaverunt se
ad obediendum nisi secundum regulas
ergo in pluribus obedire non
tenentur quam que sunt secundum re-
gulam. Preterea Bernardus dicit in libro
de dispensacione et precepto. Nichil
precipiat michi prelatus eorum que non
promisi, nichil prohibeat eorum que
promisi. Respondeo dicendum quod circa hoc pri-
mum omnes et primum ad invicem
dissenciunt. Quidam enim religiosi
non teneantur prelato obedire in
hiis que sunt contra deum vel contra
regulam vel quantum ad ea in quibus
prelatis dispensacio non committi-
tur. Omnes quidem dicunt quod ex

in hiis que sunt ardua q̄ vi^a
obedire non teneatur s̄ obedie
obed̄ p̄ forē non abolitus dicit
Sz circa inductiā vel ea que sunt
infra artitudinem regule aut cō
tra re sunt due opiniones Qui
busdam dicentibus qd obe^re in
talibus est d' neca^te obedie Alijs
aut q̄ non est d' neca^te obedientie
s̄ de p̄ fcōne que quidem due opi
niones et si multum differe vide
antur q̄ntum ad sermonem tn̄ parum
vel nihil differe in sententia nam
ad regulam ptine intelligenda sunt
non solum ea que sunt expressa
in regula s̄ etiam ea que quoquo
modo ad regulam reducuntur ut
pote que ptinent ad obseruan
tiam spiritualitatis et ad punitionem
culparum ad que sunt fere omnia quae
prt reduci si tn̄ aliqua sunt
que collateraliter ad regulam reducū
tur videtur verior opinio esse
qd obedire in talibus de neca^te nō
sit d' neca^te obedientie s̄ d' p̄ fcōe
ut Bernardus mai^te dicit in libro
de precepto et dispensatione et hoc
io quia obedientia non se extē
dit ult^a professionem vel ius plationis
que quidem s̄m regulam limitatur
Ad p^m ergo dicendum qd votum con
tinentie respicit spale genus
actus s̄ votum obedie respicit
gnalr̄ omnes actus unde insti
tuitur eius gnalitas ē et reli
gionum confusio quia omnes ad id
tenentur Ad 2^m dicendum qd loquitur
q̄ntum ad p̄ fcōnem obedientie Ad
3^m dicendum q̄ p̄ votum obedientie
supponitur religiosus plato suo
q̄ntum ad gnalem disposicionem vite sue

liter non q̄ntum ad omnes actus suos
ptinentes peculiares aut suo plato obe
dire tenetur q̄ntum ad aliquos actus
spales nō q̄ntum ad gnalem disposi
cionem vite sue.

Deinde q^m sic proceditur videtur q̄ post vo 
tum simplex castitatis aliquis
matrimonium contrahens nec redde
debitum nec exigere possit quia
apud deum non minus obligat
votum simplex quam sollempne ut
canon dicit Sz post votum sollemp
ne emissum ad non pot̄ debit
nec reddere pt ergo et post emis
sionem simplicis voti P. p̄ ptatem
nullus excusatur apud s̄ ille q̄
contrahit post votum simplex peccat
quando post debitum reddit quia ad
hoc pt votum implere religio
nem intrando ergo post quam semel
reddidit ad hoc peccat vel redde
do vel exigendo Sz q̄ ecclesia non
cogit aliquos ad peccandum cogit
aut reddere debitum etiam post votum
simplex castitatis ergo reddendo
debitum nō peccat Rndeo dicendum qd
q̄ntum ad redditionem debiti omnes con
ueniunt q̄ post simplex votum contrahens
tenetur reddere debitum quia
votum simplex matrimonium contractum
non dirimit et ex quo matrimonium est
contractum vir non habet potestatem
corporis sui s̄ mulier unde tenetur
mulieri petenti debitum reddere
Sz circa petitionem debiti quidam
dicunt qd cum q̄ntum ad hoc sit in
sua libertate tenetur ad hoc votum
implere et ita peccat debitum
petendo Alij vero dicunt et si
ex singula apparat qd mulier vo
lit ei debitum reddere tamen ipa

xpm

pete erubescat quod vir petere debe
at etiam per votum simplex et
precipue si timeat uxorem de lapsu
Sed hoc in idem redit cum primo nam
hoc est propter uxoris quedam
interpretativa petitio et sic vir pe
tendo reddit unde efficitur ex
parte uxoris continens intro'm quando
eet si semper eam ex parte petere
oporteret / Ad 3m quod dicitur quod vo
tum suscepti transgressio inducit rea
tum peccati mortalis ex hoc quod vo
tum equaliter obligat apud
deum / dicendum quod 3m ad impedimentum intro
dicit non habet utrumque equalem effica
ciam / Nam per votum sollempne
transfert se vovens quod incorpora
le obsequium ipsius dei per susceptio
nem ordinis vel in titulum reli
gionis quod autem aliquis semel
deo dedit non potest per modum alteri
dare et ideo per votum sollempne
non potest aliquis se tradere in potestatem
uxoris intro'm contrahendo / Sed in vo
to simplici est sola promissio quando
autem aliquis aliquid promittit potest
idem alteri dare licet fidem pro
missionis non servet / et ideo ille
qui simplex votum emittit potest
per modum intro'm contrahere licet peccet
quia priorem fidem irritam facit
Ad 2m dicendum quod licet concubitus
non excusat frequentes quibus
debitum reddat apud magistrum est
peccatum / sed magistrum est actus quidam
matrimonii consumatus etc.

12 Unde queritur de hiis que per
tinent ad culpam et primo de hiis
ad culpam que contrariantur bo
nis moribus / 2o de hiis ad culpa
que contrariantur vere fidei / Circa primum
queruntur tria / Primo de accep
tione personarum / 2o de peccato
infamie / 3o de preciositate vestium

Ad primum sic proceditur videtur quod qui
honorat divitem propter di
vicias peccet / Ita enim dicit
glossa Jacobi Et si introierit in con
ventum vestrum etc. equidem pauperes
abiciat divitem colit fides Christi
est deorum / Sed honor secundum philosophum in
ethicis debetur rebus divinis sed in
divite non est aliquid divinum propter
divitias / ergo non debetur ei ho
nor propter divitias / Sed ex ubis
philosophi in ethicis colligitur quod ho
nor est exhibicio reverencie in te
stimonium virtutis / Sed aliquis dives non
est virtuosus cum ergo falsum testimonium
dicere esse peccatum quod non debet fieri
propter scandalum vitandum videtur
quod nec etiam causa vitandi scan
dalum vitandi dives debeat propter
divitias honorari / Sed contra est glossa
Augustini Jacobi i super illud Si introie
rit / In cotidianis consessibus qui pre
fert divitem paupere non in hoc
peccat immo ita videtur ut ei quanto
dicior tanto melior videatur / Sed
non semper aliquis in huiusmodi ex
tollentibus honoribus divitem hono
rans eum propter hoc iudicat melio
rem ergo non semper peccat // Respondeo dicendum
quod accipere personam dicitur contra
accipere causam / Accipere enim causam
est iudicium facere ex aliquo quod
facit ad causam quod laudabile est acci
pere / Accipere vero personam est facere
iudicium ex aliqua condicione persone
que non facit ad causam quod vicio
sum est / Unde contingit quod ex eadem 12

condicione persone que sit talis quod
sit indicium iustum quod accep-
tio personarum. Sicut si in aliqua
congregatione detur summa pro aliquo
quia est litteratus est acceptio
personarum. Si autem in hac con-
sideratione in licenciam in licenciando
ad magisterium aliis preferatur
non est acceptio personarum. Si
ergo aliquis honor diviti exhi-
beatur propter divitias ad quem
divitie aliquid faciunt non erit
acceptio personarum, erit autem si ad
hoc nichil divitie operentur. Est
autem duplex honor. Unus qui de-
betur alicui ratione sui ipsius propter
suam virtutem sicut est quando
in civitatibus et huiusmodi et ad hunc
honorem divitie nichil faciunt
unde si talis honor alicui propter
divitias exhibeatur est acceptio
personarum. Unde dicit Maximus Va-
lerius quod honores qui virtuti de-
bentur sunt triumphi et alia huiusmodi
apud Romanos antiquos nulla pe-
cunia emi poterant. Alius ho-
nor alicui debetur secundum statum
quem habet in re publica sic enim
in persona rei publice honorantur
et propter hoc rex et principes et huiusmodi
persone honorantur secundum illud I Pe(tri)
regem honorificate. Et quia in tem-
na re publica divites statum
obtinent aliorum. Cives cele-
stis Ierusalem qui in Babilonia pere-
grinantes sunt eis inter quos conversantur
morem gerere. Ut Augustinus dicit in libro
de civitate dei in hiis que non sunt contra
deum et sic etiam divites ho-
norare illis dumtaxat honoribus
qui ad exteriorem convictum per-
tinent licitum est. Ad primum ergo dicendum

In hiis que ad fidem pertinent
peccatum esset divites pauperibus preferre
ut sunt ministrationes sacramentorum
et alia huiusmodi. Sed in hiis que mu-
nificentia requirunt oportet mundo gerere
morem. Ad secundum dicendum quod etiam
divitie in quantum sunt quoddam bonum
sunt aliquid dignum reverentie in quantum
prebent facultatem ad multa bona
gerenda. Ad tertium dicendum quod vero illa
procedit ad honorem qui exhibe-
tur alicui ratione sui ipsius

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
aliquis peccat infamiam non
repellendo. Crudelis enim
esse dicitur qui famam suam ne-
glegit, sed crudelitas peccatum est ergo
peccatum est infamie non resistere.
Praeterea Ecclesiasticus dicitur unicuique man-
davit deus de proximo suo ut scilicet
curam [illegible] et [illegible]. Sed [illegible]
per infamiam ergo quilibet tenetur
repellere infamiam. Sed contra est quod
contempnere infamiam videtur
esse actus fortitudinis unde in Vitas
patrum legitur de multis sanctis
patribus qui proprias infamias susti-
nebant non repellentes ergo
non est peccatum. Respondeo dicendum quod utrumque
scilicet et contemptus fame et appetitus
potest esse laudabilis et vitiosum. Fa-
ma enim non est necessaria homini propter
seipsum sed propter proximum edificandum.
Appetere igitur famam propter proximi
caritatem est appetere vero propter se
ipsum ad inanem gloriam pertinet.
E contrario contemptus fame ratione
sui ipsius laudabilis est unde Nero
proximi ignominia est et crudelitas.
Illi ergo quibus incumbit ex offi-
cio vel ex statu pro fratribus aliorum
saluti providere peccant nisi in-
famiam propriam iuxta posse

repellant. Alii vero quibus magis
custodia sue proprie salutis iminet
prosunt sue humilitati prudenter fa-
mam vel infamiam contempnere.
Sed cum infamia dupliciter repellatur
scilicet occasionem subtrahendo et linguas
detrahencium compescendo. Primo quidem omnes
tenentur infamiam vitare ali-
as sine scandalo actus virtutis non
posset quod semper peccatum esset. Sed secundo
non tenentur nisi forte ut ali-
quis saluti proximorum provideret.
Et hoc est quod Gregorius dicit in omelia
super Ezechielem. Linguas detrahencium
sicut nostro studio non debemus ex-
citare ne ipsi pereant. Ita per suam
maliciam excitatas debemus equani-
miter tollerare ut nobis meritum
crescat. Aliquando etiam debemus
compescere ne dum de nobis mala
disseminant eorum qui nos ad bona
audire poterant corda in nocen-
cium corrumpant. et infra. Et eorum
hominum quorum vita in exemplum imitacionis
est posita debent si possunt detrahencium
verba compescere ne eorum predica-
cionem non audiant qui audire
poterunt et in pravis moribus
remanentes bene vivere contempnant.
Ex hiis patet solucio ad obiecta :-

R Ad 3m sic proceditur.

quod uti preciosis vestibus semper
est peccatum. Omne enim quod fit
propter vanam gloriam est peccatum. Sed pre-
ciosa vestimenta non portantur
nisi ad inanem gloriam. Unde Gregorius
in omelia de divite epulone. Ne-
mo quippe vestimenta preciosa nisi
ad inanem gloriam querit videlicet
ut honorabilior ceteris esse videatur.
Nam quod pro sola inani gloria preciosum
vestimentum queritur ipsa res te-
statur quia nemo vult ibi precio-
sis vestibus indui ubi ab aliis
non possit videri. Ergo usus precio-
sarum vestium semper est peccatum.
Preterea 1 Thimothei 6. Habentes alimenta
et quibus tegamur hiis contenti
simus. Glossa. Quod amplius est a ma-
lo est. Sed preciositas vestium est
amplius. ergo est peccatum. Sed contra est quod Ber-
nardus dicit ad quandam virginem 14
Indue te delicate non propter te sed ne
dignitas venerabilis sordeat. Preterea 1 Thimothei
2. Non in tortis crinibus aut
auro aut margaritis vel ve-
ste preciosa. Glossa vult modum sumi.
et ita si aliquis preciosis vestibus
utatur secundum modum suum non peccat.
Respondeo dicendum quod aliud est hic loquen-
dum de persona publica et de per-
sona privata. Nam in persona pu-
blica consideratur et status dig-
nitatis et ipse persone condicio. Ita-
que duo ita se debent habere ne dig-
nitatis auctoritas veniat in con-
temptum et ne ipsa in superbiam
efferatur. Utrumque ergo ei potest
esse laudabile. et quia preciosis ve-
stimentis utitur ad reverenciam
auctoritatis et quod utitur vilibus
racione proprie humilitatis. Ita dumtaxat 14
ut neque ad auctoritatem conservandam
fiant in superbiam et ne dum in
nimium humiliatur humilitas regendi
frangatur auctoritas sicut dicit
Augustinus. Et hac racione laudabiliter
sacerdotes in divino officio preciosis
utuntur indumentis ad reverenci-
am divini cultus et laudabiliter
ab hiis propter humilitatem in quibus-
dam religionibus abstinetur.
In eo autem qui est privata persona

vtuosius est si pp̄ paciam humilitatis
abiectoribus in duminutis vtitur
etiam qum status pp̄ius requirat
Unde Gregor dicit in omel p̄tā
si ab iectio p̄ciosi/ in dumini vtq̄
non eet culpa de Johe vigila
ut non diceret/ Erat indutus
pylis camellorum · licitū est aut
ut sm modum p̄p̄e psone p̄ciosis
vtatur si peccat/ si pp̄rium modum ex
cedat/ Et quia p̄ciosius dicitur
relative sicut et magnum cū illud
qd est p̄ciosum vni nō sit alteri
p̄ciosum p̄ciositas vestium semp
ponat inexcessum pp̄rii modi et
sm hoc semp est peccatum p̄ciosis
vestibus vti et sic loquitur Greg
Unde pz solut ad pm Ad 2m dom
q in alimento et tegumento itelli
guntur oīa que nobis sunt necia
sm decenciam nr̄i status :—
Eind queritur de culpa que
oponitur vite fidei// Et circa
hoc queruntur duo/ 1o utrum
hereticus sit quicandus/ 2o utrum
recidentes ad cetiam sint recipiendi
De pmo sic procedi. Unde
q hereticus sit quicandus dici
14 cum Mt 13 in parabola de ziza
nia qd p̄rfamilias dixit/ messo
ribus Sinite vtraq crescere usq
ad messem · Messis aut ē ōsu
macio seculi ut ibidem dicitur
Cum ergo p zizania intelligantur
heretici non sunt agmone fidelium
separandi ante diem iudicii// P
dicentur et hoc dm̄ p̄ceptum fa
cere p̄ncipes hereticos interficien
tes/ Sz qt est qd dicitur in Coro
2o. Dolite de medio eorum et sepa
rari/ Et loquitur de infidelibus q
pz ex hoc qd p̄miserat/ Nolite
ducere iugum cum infidelibus
ergo hereticis non est oicandum
Ro dom q hereticis non est om
candum dupr Una rōne
ex oicatonis nam cum sunt ex
oicati non est eis oicandum
sicut nec cū aliis excomunicatis
Alia est vo rone heresis pmo pp
piculum ne eorum comunicacio alios
corrumpat sm illud 1 ad Coro 15.
Corrumpunt bonos mores collo
quia pua . 2o etiam ne videatur
eorum p̄bis doctrine aliquem asse
nsum p̄stare. Unde in Canonica ca
nonica . Johis dr̄ Si quis ve
niat ad vos et hanc doctrinam
non hz nolite eum i domum duce
re nec aue ei dixeris/ qui enim ei dicit
aue oicat opibus eius mali
gnis · Unde dicit glo. Sm qd
vox est instituta ōmonem ee
ondit cum illo alio cum plācio
est que in xp̄ianis ee non debet
3o ne ex nra familiaritate aliis
otingat sato erroris · Unde ibide
dicit Alia glo. Et si vos forte
decepti non estis forsitan p tlez
vestram familiaritatem possent de
cipi qui credent illos place vobis
et sic credunt illis · Unde alia
glo ibidem dicit Tanta ap̄li
atqz eorum discipli in religione
cautela vtebantur/ ut nec vbi
quidem ōmonem cum aliquo
eorum qui veritate declinant
hēre paterentur/ hoc tn̄ est itellig
endum nisi cum aliquo loqueretur
de eius salute/ Ad pm ḡo dom
qd in illo p̄cepto p̄rsfamilias
dupx ōdicis intelligitur Una

est ut exponitur preceptum de
vili separatione malorum a bonis
et hoc accipitur ex ipsa questione
messorum qui dicunt vis et
imus et colligimus ea. Hoc enim non
est nisi iudicio medici. Secundo quod dicendum
est ut intelligatur preceptum quando
mali sine periculo bonorum malorum ex-
tirpari non possunt et hoc patet
ex ratione patrisfamilias qui dixit
non. ne forte colligentes zizania
eradicetis simul cum eis et tri-
ticum. Quod quidem tribus mo-
dis contingere posset. Uno mo-
do si aliquis preciditur antequam de
eius malicia constat unde dicit
Glossa quod monet dominus ne ambigue
iudicemus. Secundo si non esset in ma-
licia obstinatus. Unde nullus
excommunicatur nisi propter contumaciam unde
dicit glossa ibidem. Monet non
cito amputare quia qui hodie
errat forsan cras defendet
veritatem. Et Ieronimus contra dicit
hereticum hominem post primam et
secundam correptionem devita. Tertio
si simul boni cum malis involve-
rentur propter quod dicit ibi glossa
Augustinum quod multitudo non excom-
municanda nec princeps populi.
Istis autem remotis debent mali
precidi. Secundum illud. 1 ad Cor.
5. Auferte malum ex vobis.
Et patet solutio ad 2m etc.

b Deinde 2m sic proceditur videtur quod here-
tici redeuntes ad ecclesiam
non sunt recipiendi quia
peccaverunt contra fidem que est ecclesie
fundamentum et ideo in edifica-
tione ecclesie non debent superedi-
ficari. ergo non debent ab ecclesia
recipi. Sed contra est quod ecclesia nulli debet
claudere gremium sicut Christus qui de
se dicit. Eum qui venit ad me non
eiciam eum foras. Ioh. 6. Respondeo
dicendum quod quamdiu homo vivit in statu vi-
vit homo non potest esse totaliter
in peccato obstinatus. Hoc enim erit
in dampnatis post mortem et
ideo quamdiu hac vita vivitur
cuilibet relinquitur locus penitentie. Et
ideo quicumque delinquit vel
in fide vel in moribus est ab
ecclesia recipiendus ad penitentiam et
contrarium dicere est heresis nova-
tianorum. Sed tamen non est necessarium quod
propter ad dignitatem recipiantur
nisi tamen aliquibus misericorditer
dispensatur propter bonum
pacis vel propter fructum aliorum qui
indisponitur. Ad primum ergo dicendum quod
quamdiu durat fundamentum fidei
non debet ab ecclesia recipi non debet
sed postquam commisit incipit here
recipiendus est etc.

Deinde queritur de hiis que pertinent .a.
ad gloriam scilicet de visione dei
in patria scilicet utrum aliquis
intellectus creatus possit videre
deum per essentiam. Et videtur
quod non. intellectus ad intelligibile
est aliqua proportio. sed intellectus
creati ad divinam essentiam nulla
est proportio cum distent in infinitum
ergo intellectus creatus divinam
essentiam videre non potest. Preterea plus
distat spiritus increatus ab intellectu
creato quam spiritus creatus a sensu
sed sensus non potest cognoscere spiritum
creatum ergo nec intellectus
creatus spiritum increatum. Sed contra
est. Exo. 33 super illud non
videbit me homo et vivet

dicit glo' g'gor' ffuc non intell
qui dum dixerunt etiam in illa re
gione filii celestis claritate sua con
spicu[m] s[ed] in na[tur]a invenire vider[i]. quos
minime ...acionum inquisicionis sub
tilitas fefellit. nec enim illi sim
plici et incommutabili ess[enti]e que
est claritas aliud est na[tur]a s[ed] ipsa
enim claritas ipsa claritas natura
est et ita essencia dei videbitur
a b[e]atis // S[e]c[un]do d[ico]m q[uo]d licet e pone
divinam essenciam videri a b[e]atis
beatitudo enim est ultima p[er]fectio
rationalis cr[eatur]e. nichil aut[em] e[st] finali[ter]
p[er]fectum nisi attingat ad suum prin
cipium s[ecundu]m modum suum. q[uo]d ideo
dico quia ad p[ri]ncipi[um] q[uo]d e[st] deus
attingit aliquid dupl[icite]r uno modo
p[er] similitudinem q[uo]d est que om[n]i
creature que tu[m] l[icet] de p[er]fide q[uo]d
co[m]p[re]hendunt[ur] de divina si[mi]litudine ///
Alio modo p[er] op[er]a[ti]o[n]em ut p[er]minitatum
alle modus qui est c[ontra] simi[liter] s[ed]
in unitate p[er]pone. dico aut[em] p[er] opera
cionem intell[ectu]m vol[untati]s creatura co[g]no
scitur et a[m]at deum et q[ui]a a[nim]a in
me[n]te facta est a d[e]o / Sed b[ea]ta esse
non potest nisi in me[n]te videat
deum / s[ed] ab[sol]u[t]e me[n]s que sit sili
tudo veri co[n]iunctive. sicut spe[ci]es visi
biles in pupilla vel in speculo no
aut ab s[ed] medio q[uo]d est lumen
confortans intellectum q[uo]d est lume[n]
glorie de quo in ps[alm]o di[ci]t / In lumine tuo
videbimus lumen hoc aut[em] e[st] p[er] ess
enciam deum videre / Unde i[n] hoc
ponimus beatitudinem r[ati]onalis cre
ature / q[uo]d deum p[er] essenciam vide
bit / sicut ph[ilosoph]i quas mens fluere
ab intelligencia agente posuerunt
ultimam felicitatem h[omin]is co[n]tinua
cione intellectus sui ad ipsam —

Ad p[rimu]m ergo d[ico]m q[uo]d p[ro]porcio dupl[icite]r
dicitur uno modo p[ro]prie s[ecundu]m q[uo]d
importat quedam determinatum ac
cessum / et sic p[ro]porcio requiritur
int[er] intellectum et intelli[gi]b[i]le / Ad hoc
q[uo]d fit cognicio cu[m] app[re]hensione q[ua]
liter divina essencia nu[m]q[ua]m vide
bitur ab intellectu creato / Alio m[odo]
dicitur ... p[ro]q[ua]l[ite]r habitudine et
sic sitam p[o]t h[abe]re p[ro]porcionem ad i[n]fini
tum s[i]c sit p[er]fecto eius vel aliqu[id]
simili habitudinem h[ab]eant ad ipsam
et talis p[ro]porcio sufficit ad hoc q[uo]d
intellectus in[tellectus] videat divinam essen
ciam attingendo non co[m]p[re]hendendo
Ad s[ecundu]m d[ico]m q[uo]d obiectio illa procedit
de distancia s[ecundu]m p[ro]prietatem nature
non s[ecundu]m racionem co[n]gnicionis na[m] sp[iritu]s
creatus non est sensibilis s[ed] sp[iritu]s
increatus est intelli[gi]bilis de videndo

Questum est fuit de deo de 7 xi[m]
angelis et de hominibus / De deo.
vero questum fuit de in me
sitate sp[iritu]s de cognicione eius et de
predestinacione / Circa in mesitate 7
vero dei questum fuit utrum solius
dei sit p[ro]prium esse ubique / Et vide
bitur q[uo]d non / Anima enim e[st] in
rebus animatis / s[ed] constat q[uo]d omnes
partes universi sunt animate ergo
a[n]i[m]a est in omnibus partibus universi
et sic vi[detu]r q[uo]d sit ubique non est
igitur solius dei p[ro]p[riu]m esse ubique
pr[eterea] vle est q[uo]d est ubique et semp[er]
s[ed] vle ... non est q[uo]d est deus
ergo non est p[ro]p[riu]m solius dei esse
ubique et semp[er] / p[re]t[erea] s[ta]t[us] sp[irit]ualis p[re]
cedit corporalem / s[ed] hoc q[uo]d dicit[ur]
esse ubique p[er]tinet ad statum corpora
lem / quia in solis corporalibus
est p[ro]prium assignare locum ergo

multo magis esse ubique pertinet
ad substancias spirituales et sic videtur
quod non sit solius dei proprium. Patet
ad quintam quod licet regis pertinet
quod possit gubernare etiam in ab-
sencia sua regnum sed deus est com-
mendacior omni rege quare videtur
quod eciam competat sibi ad suam com-
mendacionem quod gubernet totum
mundum vel aliquas partes in absen-
cia sua per providenciam et sic vi-
detur quod non sit dei proprium esse
ubique. Patet constat quod quedam re- quomodo deus propinquus et quomodo remotus
mota et quanto magis sunt re-
mota tanto magis sunt corru-
ptibilia. non autem possent dici alia
propinqua et alia remota deo si
deus esset ubique. Patet dato quod tota
materia mundialis esset unum cor-
pus continuum constat quod illud corpus
esset ubique non igitur est solius
dei proprium esse ubique. Contra Dama-
scenus probat spiritum sanctum esse deum quia est ubi-
que sed si esse ubique non esset solius
dei proprium racio sua non valeret
tamen quia non minus valeat videtur quod
sit solius dei proprium esse ubique.
Pro dicendum quod spiritualia dicuntur esse
in loco non quidem per contactum
magnitudinis sed virtutis quando licet rei
spiritualis loquimur autem de alicuius
rei spiritualis virtute oportet nos loqui
de loco in quo est. virtus autem dei est
infinita. que quidem infinitas
apparet quantum ad duo. Primo quia non
solum excedit creaturas que
sunt fuerunt et erunt sed etiam omnia
que possunt ymaginari esse. Secundo
quia virtus dei simul et semel in
omnibus operatur et in singulis

secundum proprium modum rei. et ideo esse
ubique competit accepto soli deo com-
petit. Aliis autem rebus competit esse
ubique in parte. Unde distinguitur
modus quo deus est ubique et quo
alie res quibus aliquo modo competit
esse ubique. Nam primo dicuntur esse
ubique quia sunt tamen in hiis que sunt
in presencia. deus autem est non so-
lum in hiis que sunt, sed eciam
in ymaginatis et in preteritis et in
futuris. Item alie res non sunt
ubique sicut in loco uno sed sunt
in diversis locis. sed deus ita est ubi-
que quod est in quolibet et in toto quia
eius virtus sufficiencius non solum
in id quod est quam in uno sed in id
quod est proprium unicuique rei perti-
net et ideo est in omnibus sicut in uno
loco et sicut in pluribus. quod
est proprie esse ubique Unde manifeste
modo solus deus sit ubique. solius
dei proprium est esse ubique. Ad primum
dicendum quod universale non est in rebus
naturalibus sicut in loco sed sicut actus
in potencia. Patet. Unus angelus sit
in omnibus naturalibus sicut unita ex-
istencia, non tamen est equaliter per
quam non equaliter participat naturam. eodem
modo. Item unus non est omnino
unus sed multitudo quedam deus
autem est in rebus per virtutem suam
et in singulis operatur ut dictum est
Ad secundum dicendum quod universale dicitur esse
ubique et semper magis per remo-
cionem quam per potenciam non esse
dicitur ubique esse et semper eo
quod sit in omni loco et in omni
tempore, sed quia abstrahit ab aliis
que determinant et locum et tempus
determinatum et propterea ubi.

non sunt subsistencia. Ad 3m dicendum quod licet substancia spiritualis excedit corporalem excessu dignitatis nature sed non in virtute agendi. Immo videmus quod multe substancie spirituales sunt deficta corpora in quibus agunt. sicut anima vero corpus humanum et ideo non est simile. Ad 4m dicendum quod non esse ubique est ex defectu nature eorum per circumscriptionem sue substancie deus autem cum sit incircumscriptibilis est ubique et tamen si non esset ubique nichilominus gubernaret omnia providencia sua unde in regibus terrenis non esse presens est ad defectum. Sed quod gubernat in absencia est ad commendacionem. Deus autem ubique est et omnia gubernat. Ad 5m dicendum quod licet distancia et propinquitas creaturarum ad deum non est secundum locum sed secundum similitudinem et dissimilitudinem. unde illa que magis assimilantur deo dicimus esse propinquiora que vero magis recedunt a similitudine eius dicimus esse remociora. Ad 6m dicendum quod dato quod tota machina mundialis esset unum corpus continuum non tamen propter hoc posset ymaginari quod esset ubique sed in uno loco tamen quia totum illud in quo esset attingeret primo et sic non attingeret quodlibet particulare quod esse ubique complectitur in sua racione.

Circa questionem nonam de cognicione queritur utrum deus cognoscat malum per bonum. Et videtur quod non quia cognoscere unum per aliud pertinet ad defectum cognicionis sed in divina cognicione nullus potest esse defectus ergo videtur quod deus non cognoscat malum per bonum. Preterea cognoscere unum per aliud est cognoscendo discurrere. sed in divina cognicione non est discursus ergo cum cognoscere malum per bonum sit cognoscere unum per aliud videtur quod deus non cognoscat malum per bonum. Preterea philosophus dicit in 3o de anima quod intellectus qui semper est in actu non cognoscit privacionem. sed intellectus divinus semper est in actu ergo etc. Preterea omnia que cognoscuntur cognoscuntur per aliquam similitudinem in ipso cognoscente existente. sed malum non habet aliquam similitudinem ergo deus non cognoscit malum per aliquod bonum quod in eo existat. Contra est quod Augustinus dicit quod malum cognoscitur, sed quod ab ipso bono discordat. Respondeo dicendum quod ex parte cogniti dupliciter contingit esse. primo quod cognoscitur per se unum in cognoscibilibus autem quedam sunt que habent unum esse absolutum ut homo et lapis quorum esse per se vero non dependet ex alio. quedam vero sunt que habent esse unum non absolutum sed ex alio dependentem sicut est in relativis et privativis et negativis quorum vero dependet ex ordine quem habent ad alia. Nam vero cecitatis non est absoluta sed dependens in quantum est ordinem ad visum cuius est privacio. cum ergo deus omnia cognoscat secundum quod [illegible] dico quod illa quorum racio est absoluta cognoscit absolute et non per aliquod aliud. Illa vero quorum racio est dependens et in ordine ad alia cognoscit secundum ordinem ad illa ex quibus dependent. cum ergo racio mali non sit absoluta sed dependens in quantum sed discordat a racione boni cognoscit malum secundum ordinem

ad bonum secundum quod discordat sed ab
ipso bono / Ad secundum ergo dicendum quod
in illis que habent rationem absolutam
est ad defectum cognitionis cogno-
scere unum per aliud. sed non in illis
quorum ratio est ad aliud ut dictum
est / Ad tertium dicendum quod cognitio dis-
cursiva est cognoscere unum incog-
nitum per aliud cognitum absolute
sed cognoscere unum incognitum per
aliud cognitum ad quod ordinatur
non est discurrere in cognoscendo et
hoc modo cognoscitur malum / Ad
quartum dicendum quod licet malum non sit
oppositum divine essencie nam bonum
// Eius est oppositum essencie divine [?]
increatum non habet oppositum malum
sed bonis effectibus qui creantur
a bono increato opponitur malum
et in quantum discordat ab hiis effec-
tibus cognoscitur / Ad quintum dicendum
quod aliud est de homine id est intellectu
qui cognoscit res per adquisicionem et
species suas et ideo in modo cognoscendi
non est idem quam cognoscit omnia
per essenciam suam / Ad sextum dicendum
quod licet malum non habeat aliquam
similitudinem in deo tamen oppositum mali
scilicet bonum creatum habet similitudinem
in deo sicut in exemplari suo / Et ita
bonum cognoscitur per principium ma-
lum vero per bonum :-

Circa predestinacionem queritur
3. utrum predestinacio imponat
necessitatem et videtur quod sic
Constat enim quod predestinatus certo
salvatur / sed hoc non esset nisi necessarium
esset predestinatum salvari videtur ergo
quod predestinacio necessitatem imponat //
Sed contra: Ro. ix dicit apostolus ideo est vo-
lentis neque currentis sed mise-
rentis dei ergo videtur quod quidquid
homo deservit [?] habet sit ex sola

predestinacione divina et ex nullo
alio etc. Videtur necessitatem imponere
Contra. Augustinus dicit qui creavit
te sine te non iustificabit te sine
te / Respondeo dicendum quod predestinacio certi-
tudinem habet et tamen necessitatem non
imponit / In predestinacione enim tria
sunt consideranda. quorum duo presup-
ponit ipsa predestinacio scilicet prescienciam
dei et dilectionem et voluntatem qua
vult predestinatum salvare et
tertium est predestinacio que nichil
aliud est quam directio in finem
quem vult deus vel dilecte quod
licet aut horum certitudinem habeat et ideo
necessitatem non imponit / Et quod pre-
sciencia divina certitudinem habeat patet quia deus
eam cognoscit res nobiliori modo
quam nos cognoscimus / Nam cognicio
nostra est in tempore et ideo in tantum [?]
inreperit res secundum tempus
scilicet presentis et preteriti et futuri ut
scilicet cognoscit preterita ut preterita presencia ut
presencia futura ut futura. et
universaliter cognicio vero divina est supra
tempus et mensuratur eternitate
solum et ideo non cognoscit res
prout sunt in tempore sed prout sunt in
eternitate scilicet prout sunt presencia et
hoc tamen necessaria quia contingencia deo
omnia cognoscuntur tamquam presencia in
sua presencialitate / Cum ergo homo in tantis
cum certitudine cognoscit presencia
multo magis deus omnia sibi presencia
certitudinaliter cognoscit ex quo nulla
necessitas rebus contingentibus inducitur / sicut
videmus quod ab existentibus in loco emi-
nenti videt certitudinaliter homo venien-
tem aliquorum eminentium per viam duorum
cognicionem et non videntem nichil
que sunt sibi presencia. et cum hominibus
istis ex hoc nulla necessitas imponitur.

Nam hoc non est nisi ex hoc quod
in illo speculo intuetur omnia in presentia
que etiam in ipsis sunt preterita scilicet
illa que retro sunt presentia illa scilicet
que sunt presentia et futura illa scilicet
que anteriora sunt / Cum autem vo-
luntas divina certitudinem habeat et
tamen necessitatem non imponat / sic patet
Voluntas enim dei est efficax et
perfecta omnia quecumque
voluit deus fecit. cuius perfectio
et efficacia apparet ex hoc quod non
solum movet et causat res sed etiam
dat eis talem modum essendi in proprium
tribuit vel determinat modum consulit
quo suos effectus producat. Unde
quia ipse voluit quedam esse in
universo necessaria et quedam contin-
gentia, constituit quasdam causas qui-
busdam contulit ut contingenter
causarent et quasdam quibus contulit
ut necessario causarent effectus. Unde
voluit istum vel illum effectum
non solum esse sed etiam tali modo esse
scilicet vel contingenter vel necessario. sicut
ex voluit petrum non solum currere sed
etiam contingenter currere et similiter vo-
luit istum vel illum hominem sal-
vare / sed eo modo ut arbitrii li-
bertatem non perderet et sic quod petrus
vel martinus salvatur secundum duas
causas unam scilicet voluntatem di-
vinam et hoc secundum certitudinem a-
liam liberum arbitrium et hoc
secundum contingentiam / et sic de aliis
rebus quia que sunt contingentia
contingunt eis ex causa proxima quod
vero sunt certa et necessaria proveniunt
eis ex prima causa vel ... causa
scilicet divina voluntas
... de contingentibus certitudinem
secundum ex qua quidem certitudine

non imponitur ipsis rebus ali-
qua necessitas quia non solum vult
ea esse sed tali modo esse scilicet necessario vel
contingenter ut dictum est / quod non pre- No
destinatio certitudinem habeat et ne-
cessitatem non imponat similiter
patet Motus enim vel directio vel propositum
dirigendi in finem quod propositum est
ipsa predestinatio. est secundum constitutionem
et ordinem causarum ad constitutionem
constat autem / quod in quibus sunt due cau-
se ordinate quarum una est necessaria et
alia contingens est effectus semper
contingens / In predestinatione autem
sunt due cause ordinate quarum una
est necessaria et alia contingens est ef-
fectus simpliciter contingens / In predestinatione
autem sunt due ~~entie~~ cause quarum
una est necessaria scilicet ipse deus et alia
contingens scilicet liberum arbitrium et
ideo oportet effectum predestinationis contingen-
tem esse Unde quia deus scit et
vult istum et illum consequi talem
finem predestinatio secundum certitudinem quod
vero deus vult ut per libertatem
arbitrii in talem finem dirigatur
ideo predicta certitudo predestinationis nullam
necessitatem imponit / Ad primum ergo
dicendum quod homo predestinatus omnino
salvatur est ex certitudine divine
predestinationis non tamen est ibi
necessitas absoluta sed conditionalis
quia si talis est predestinatus necessario
salvatur non autem est necessarium simpliciter
Ad secundum dicendum quod verbum apostoli non
est sic intelligendum quod sit necessarium
velle et currere ex parte nostra. sed quia
primum principium bonum operandi non est a no-
bis sed ex nostra divina infundente
gratia nullus tamen oportet quod ex parte nostra
sit adiutorium.

Item angelos constitutum fuit

de motu angeli scilicet utrum motus eius sit in instanti. Videtur quod sic. Constat enim quod mutacio angeli simplicior est omni mutacione corporali; sed invenitur aliqua mutacio corporalis in instanti sicut illuminacio et huiusmodi; ergo multo magis motus angeli est in instanti. Item nobilissime creature competit nobilissimus motus; nobilissimus autem motus est ille qui est in instanti; ergo competit nobilissime creature scilicet angelo. Contra. Omnis motus habet prius et posterius; sed numerus prioris et posterioris in motu facit tempus; ergo in omni motu est tempus; ergo nullus motus eciam angeli est in instanti. Respondeo dicendum quod omnis mutacio habet duos terminos quos non contingit simul esse. Unde impossibile est quod aliquis motus vel mutacio sit in instanti hoc modo quod idem instans ambos terminos amplectatur. Unde sciendum quod in rebus corporalibus duo termini motus vel mutacionis dupliciter se possunt habere. Uno modo quod sit assignare instans in quo terminus ad quem primo est et aliud in quo est terminus a quo ultimo est, et sic cum inter quelibet duo instancia sit tempus medium, sequitur quod de uno termino motus in alium fiat transitus per tempus et sic talis mutacio est in tempore et non in instanti. Hoc autem contingit quandocumque quod inter duos terminos motus est aliquod medium accipere sicut inter album et nigrum et inter esse hic et inter esse ibi. Sed aliqui termini mutacionis sunt inter quos non est accipere medium ut inter album et non album et inter igneum et non igneum, inter tenebrosum et luminosum quia

affirmacio et negacio sunt secundum se immediate et similiter privacio et forma in subiecto determinato. Et in talibus licet sit accipere instans in quo primo est terminus ad quem, non tamen est accipere instans in quo ultimo est terminus a quo. Cum enim inter quelibet duo instancia sit tempus medium, sequitur quod in illo tempore medio neutrum extremorum esset, quod est impossibile cum sint contraria omnino immediata. Oportet ergo dicere quod cum illud instans in quo primo est terminus ad quem sit terminus alicuius temporis quod in toto tempore precedenti durat terminus a quo, et sic cum inter tempus et instans quod est terminus temporis non sit tempus medium, non fit transitus de una extremitate in aliam in tempore, sed in instanti prius desinit esse terminus a quo et incipit esse terminus ad quem. Et huiusmodi mutaciones dicuntur instantanee sicut illuminacio, generacio et corrupcio. Sed oportet quod ille mutaciones sint termini motuum continuorum et in tempore continuo, quia tempus in quo est ultimus terminus a quo mensurat aliquem motum secundum quem acceditur ad terminum ad quem, sicut per alteracionem materia disponitur ad formam et per motum localem corpus luminosum accedit ad situm in quo illuminat, et propter hoc dicitur quod generacio et corrupcio sunt termini alteracionis et illuminacio motus localis. Sic igitur dicte sunt mutaciones corporalium, sed nunc considerandum est de motu angeli. Cum motus angeli attendatur secundum diversos contactus virtutis angeli ad diversa loca, qui quidem contactus non sunt continui. Unde sequitur quod motus angeli non

sit continuus et ita tempus quod
ipse mensurat motum angeli
non est continuum cum continuitas temporis
sit ex continuitate motus ut dicitur ex
4° physicorum. Non enim potest dici quod motus
angeli mensuretur tempore continuo quod est
numerus motus celi quia motus angeli
non dependet ex motu celi et sic
sequitur quod motus angeli men-
suretur quodam tempore in quo in-
stancia sunt successiva sine con-
tinuacione quia tempus ex hoc
quod est numerus non est continuum sed ex hoc
quod est numerus motus continui. Sic igitur
in motu angeli duo extrema motus
non sunt in duobus instantibus [illegible]
desinit esse terminus a quo et incipit
esse terminus ad quem et huiusmodi mu-
taciones dicuntur instantanee sicut
illuminacio generacio et corrupcio. Sed
oportet quod ille mutaciones sunt termini mo-
tuum continuorum et in tempore existencium. quia
tempus in quo est ultimus terminus
a quo mensurat aliquem motum
secundum quod accedit ad terminum ad quem.
sicut per alteracionem materia disponitur
ad formam et per motum localem
corpus luminosum accedit ad situm
in quo illuminat et propter hoc dicitur
quod generacio et corrupcio sunt termini
alteracionis et illuminacio motus lo-
calis. Sic igitur duo sunt muta-
ciones corporales sed neutrum horum
potest esse in motu angeli cum motus
angeli attendatur secundum diversos con-
tactus virtutis angeli ad diversa loca
qui quidem contactus non sunt continui.
Unde sequitur quod motus angeli non
sit continuus et ita tempus quod ipsum
mensuratur motum angeli non est
continuum cum continuitas temporis sit
ex continuitate motus ut dicitur ex 4°
physicorum. Non enim potest dici quod motus
angeli mensuretur tempore continuo quod est
numerus motus celi quia motus
angeli non dependet ex motu celi
et sic sequitur quod motus angeli
mensuretur quodam tempore in quo
instancia sunt successiva sine
continuacione. quia tempus ex hoc
quod est numerus non est continuum sed ex hoc
quod est numerus motus continui. Sic igitur
in motu angeli duo extrema motus
non sunt in duobus instantibus
inter que sit tempus medium
nec iterum unum extremorum est in tempore
et aliud in instanti quod terminat tempus
sed duo extrema sunt in duobus in-
stantibus inter que non est tempus
medium et sic oportet dicere quod motus
angeli sit in tempore licet alio modo quam mo-
tus corporis sit in tempore. Ad 3m
dicendum quod mutacio angeli secundum perfe-
cta dicitur esse simplicior quam ista
mutacio cuius duo extrema sunt in
duobus instantibus inter que
cadit tempus medium cum inter
duo instancia motus angeli non
cadat tempus medium. Similiter
eciam simplicior est quam illa cuius
unum extremum est in toto tempore con-
tinuo cum aliud extremum sit instan-
ti indivisibili et cum non incidit
tempus medium sicut nunc. Et
quia est simplicior ideo est perfectior
quod sit nobilior. Unde patet solucio
ad 2m.

Unde completum fuit de hoc et
circa hoc quesitum est de parti-
bus nature humane de
potenciis eius et de generacione hu-
mane vite. Circa primum queruntur
duo primo de anima 2° de corpore

utrum sit eiusdem speciei

Deinde quesitum est anima sensitiva
et intellectiva et videbatur quod non. Una
anima sensitiva educitur ex potentia materie
intellectiva non per creationem. Non ergo sunt
eadem specie. Item impossibile est quod illa forma que
sit una et eadem est eodem tempore
mota ad opposita, sed sensitiva et intellectiva eo-
dem tempore moventur ad opposita
E. sicut dicit Apostolus ad Romanos vii°: Video
aliam legem in membris meis
repugnantem etc. ergo sensitiva et in-
tellectiva non sunt unius speciei. Item
corruptibile et incorruptibile non sunt
eiusdem generis ergo nec idem numero
sed anima sensitiva est corruptibilis, intellec-
tiva non, immo incorruptibilis, ergo sensitiva
et intellectiva non sunt eadem numero
et sic non eiusdem speciei. Item anima sensitiva
est communis nobis et brutis, educitur
de potentia materie ergo et in nobis non est
eadem cum intellectiva que est per crea-
tionem. Item unius perfectibilis una est
perfectio sed corpus humanum est unum
perfectibile ergo anima que est eius per-
fectio una. Respondeo dicendum quod circa ordi-
nem formarum est duplex opinio una Avi-
cebron et quorundam eius sequa-
cium qui dicunt quod secundum ordinem
generum et specierum sunt diverse
forme substantiales ordinem ad in-
venientes sicut est substantia corpus
animatum corpus et est animal dicunt
ergo quod quedam forma substantialis est per quam
substantia tantum et postea est quedam alia
per quam est corpus deinde est et
2a opinio alia per quam est animatum et alia per
quam est homo et sic dicunt de aliis
formis substantialibus. Ista opinio
stare non potest, quia cum forma
substantialis sit que facit hoc aliquid et
dat esse substantiale, si vero tunc sola prima

forma esset substantialis cum ipsa sola
daret esse substantiale rei et faceret
hoc aliquid, alie autem advenirent post
primam advenientes essent accidentia ut
nec darent esse rei simpliciter sed esse
tale et sic in amissione vel ac-
quisitione earum non esset generatio
et corruptio sed tantum alteratio. Unde
patet hoc non esse verum. Secunda est
in potentiis anime nam sola prima
secundum catholicos esset forma substantialis et
faceret hoc aliquid. Alie vero
accidentia essent advenientes quod
est absurdum. Et ideo dicendum quod tantum substantialis
forme dicunt secundum imperfectum et per-
fectum. Est enim aliqua forma
que non dat nisi esse corporis tantum,
aliqua est magis perfecta que et
dat esse et vivere procedendo non vi-
vendi, aliqua que cum hiis dat
etiam sentire. Unde patet quod semper
ultima est perfectior primis et se habet
se ad priora sicut perfectissima ad
imperfectiores et ideo quicquid conti-
netur in prioribus totum est virtute
in ultima. Unde dicendum est quod una
et eadem essentia est anime sensitive
et intellective sed intellectiva se habet
ad sensitivam sicut perfectum ad imperfectum
quod autem anima sensitiva et intellectiva
sunt eiusdem esse signum est quod
virtutes anime radicantur in una
essentia in qua una impeditur
ab alia, nec etiam virtus unius
redundaret in aliam. Item cum in-
tellectus non habeat determinatum
organum in corpore quo mediante
exerceat operationes suas, non videtur
ad quid uniretur corpori nisi esset
eiusdem essentie cum anima alia sensi-
tiva. Dicit ergo patet quod una

est eciam anime sensitive et intelle-
ctive / sed differt secundum perfectum et imper-
fectum ut dictum est / Ad primum quando dicitur
quod anima sensitiva educitur de potencia
materie in brutis / In nobis vero non
sed est per creacionem / cum eius essencia
sit eadem cum intellectiva que est per creacionem
Ad 2m dicendum quod non est inconveniens
eius ad idem corpus secundum diversas
vires vel partes moveri ad opposita et
ideo licet substantia anime sit eadem sensitive
et intellective tamen potest secundum diversas par-
tes et vires moveri ad opposita
ut scilicet sensus moveatur ad ea que sunt
contraria et ratio ad ea que ordinata
Ad 3m dicendum quod licet incorruptibile
non sit idem cum corruptibili tamen in-
venitur aliquid incorruptibile quod habet
aliquam potentiam quemadmodum corruptibilia
et sic est in anima nostra nam ipsa
substantia anime est incorruptibilis / intelle-
ctus tamen habet aliquid inferius scilicet sensitivum
quod est quasi corporale / Ad 4m
dicendum quod licet sensitiva sit communis no-
bis et brutis quantum ad nomen generis
tamen quantum ad nomen speciei alia est in ho-
mine sensitiva et alia in brutis
et similiter alia in asino et alia in
equo et in bove quia secundum quod differunt
aliqua specie / Ita eciam differt in eis
sensitiva. et ideo non sequitur quod si in b-
rutis educatur de potencia materie
quod eciam in homine quia in homine est
alterius speciei et est per creacionem :—

6 De corpore autem quesitum est utrum
resurgat idem numero et videtur
quod non quia secundum philosophum
in topicis. Illud dicitur idem numero quod est
idem specie materia et diffinicione sed
corpus in resurrectione non habebit eadem
materiam quia nunc est visibile tunc
vero non / non eadem materia / quia nunc album
corpus niger et huiusmodi que tunc
non erunt / non eadem eciam diffi-
nicione / quia modo diffinitur per
mortale tunc vero non per immortale erit
ergo videtur quod non resurgat idem
numero / Preterea receptibilis materie facit idem
numero sed materia corporis resurgentis
non erit eadem cum corpore quod nunc
est cum multe forme recipientur in ea
ergo corpus non resurget idem numero
Preterea philosophus dicit in libro de anima quod non
est eadem statua numero que destruitur
et de eodem ere reficitur ergo pari
racione quod modo corrumpitur non erit
idem numero cum eo cum resurget / Preterea
constat quod homo humanitate est homo
et una humanitate unus homo / sed
in corpore quod nunc est et quod resurget
erunt due humanitates quia per mortem
destruitur forma totius ergo erunt
duo homines etc. videtur quod corpora
non resurgant eadem numero. Contra
Job 19 Quem visurus sum ego ipse
et non alius etc // Respondeo dicendum quod ad hoc
quod aliquid sit idem numero requiritur
ydemptitas principiorum essencialium
unde si ordo principiorum essencialium est
in ipso individuo variatur non necesse
est esse ydemptitatem variari Illud autem
est essenciale cuilibet individuo quod est
de racione ipsius sicut cuilibet rei
materiali sunt essencialia materia
et forma. Unde si ista variantur
et mutetur individuatis principiis
essencialibus in individuo ipsum individuum
non remanet idem / Cum igitur hec
essencialia hominis sint et anima et
corpus et remaneant / quia re-
surgent eadem anima et idem cor-
pus dicendum quod corpus hominis resurget

idem numero / Ad primum g° dicendum quod ab
ratio 1a procedit ex falso intellectu licet
non enim dicitur idem homo id quod
habet idem actum nunc et postea et
idem principium sed illud est idem numero
quod est idem cum actu et idem cum
principio actus et diffinitione et non
1a que habent idem actum idem principium
et unam diffinitionem. Unde patet quod
obiciens false intellexit textum / Da-
to autem quod secundum illum intellectum pro-
cedit obiecto dicendum intelligi de actibus
in sensualibus scilicet de dimensionibus
et hoc erit in corporibus gloriosis Item
est idem principium scilicet risus Job viii°
Implebit os tuum risu et labia tua
iubilo. De diffinitione vero dicendum
est quod licet resurgat in mortalitate tamen
mortalitas non tolletur ab
eo quia natura humana est ibi que
exposcit quod sit mortalis / Ad secundum
dicendum quod licet eadem materia faciat
idem numero non tamen materia nuda vel
que facit per se idem numero sed eadem materia
sub qua est sub dimensionibus termi-
natis ... facit idem numero re-
...ur in ... corporis resurgentis
cum resurget corpus sub eisdem
dimensionibus et cum eisdem princi-
piis ... / Ad 3m dicendum quod ... dicit ... ipse cum ... si statua
reficiatur ex eodem ... quod sit idem
numero ... tamen dicendum quod omnia
artificialia ponuntur ... in
genere vel in specie quia vel per materiam
suam vel per formam suam. Talia
autem ponuntur in genere vel specie tamen
per formam, forme autem artificiales
sunt vel accidentales ideo ... colloceretur

in genere vel in specie per materiam / sic
reficitur eadem statua / Si vero
consideretur prout ponitur in genere
vel specie per formam sic dico quod non re-
ficitur eadem sed alia, quia alia est
forma huius et alia illius In corpo-
re autem non est sic quia in corpore est
eadem forma // Ad 4m dicendum quod
non sunt due quantitates in corpore
quod corrumpitur et quod consurget sed
una quia principia essencialia non mu-
tantur sed sunt eadem
Expediunt ... que quesita sunt
circa / primo de sacramento confirma-
cionis // 2° de sacramento eukaristie // 3°
de sacramento matrimonii
Circa primum queritur utrum solus
episcopus debeat conferre sacramentum con-
firmacionis Videtur quod quilibet
sacerdos possit conferre constat enim quod
in confirmacione confertur gracia spiritualis
Sed huiusmodi gracie collacio sic est ordi-
nata ut non possit impediri / con-
stat autem quod per absenciam episcopi vel
totaliter impeditur quia non sunt ubique
presentes ergo debet conferri per ministerium
sacerdotum qui sunt ubique presentes / Sed
sacramenta sunt multiplicata propter utilitatem
ergo debent eo modo conferri quo compe-
tit utilitati. Sed hoc non fieret
si solus episcopus conferret hoc sacramentum
... propter ... spiritus sancti
quia non omnes habent opportunitatem
episcopi ergo debet fieri per sacerdotes per
quos possunt omnes consequi hanc uti-
litatem / Sed constat quod sacramentum baptismi
est maius quam sacramentum confirmacionis
sed baptismum potest conferri per quemlibet sacer-
dotem ergo multo magis confirmacio
In contrarium est textus ... / Sed
dicendum quod ... sacramenti

confirmacionis est episcopus. Et hoc probatur
racione et auctoritate. Racione quidem
quia confirmacio ad hoc fit ut homo
in eadem perfeccione constituatur
cum datur ad robur spiritus sancti
scilicet ut homo ex hoc fiat fortis
et robustus ad confitendum et propo-
nendum fidem coram regibus
et principibus. Unde et propter hoc
fit in fronte ut non pertimescat
ut confundatur proponere fidem
coram omnibus et defendere. Sicut
autem Dionysius dicit tres sunt actus
ierarchici scilicet purgare illuminare et per-
ficere. Purgare est proprium diaconorum
illuminare presbiterorum et hoc consistit
maxime in eukaristia. Perficere vero
est episcoporum. Et ideo omnia sacra que ad
perfeccionem conferuntur pertinent ad
collacionem episcopi que sunt collacio
ordinum consecracio virginum et basilicarum
et confirmacionis. Unde alius non
potest conferre confirmacionis sacramentum nisi episcopus.
Hoc autem patet auctoritate scripture. Con-
firmacio enim cedit loco imposicionis
manuum. Hoc autem non potest fieri nisi
per solos apostolos. Unde et per Philippum
qui predicaverat verbum dei in Sa-
maria non imponebantur manus sed
Ierosolimis apostoli qui erant Ierosolimis audito quod
Samaria recepit verbum dei mise-
runt ad eos Petrum et Johannem
et postea sequitur. Tunc imponebant
manus super illos etc. Unde cum epi-
scopi succedant in loco apostolorum
episcopis debetur collacio sacramenti con-
firmacionis. In decretis tamen quod
aliqua que singulariter perfeccionem
hominis constituunt ex dispensacione
committuntur simplicibus sacerdoti-
bus sicut collacio minorum ordinum

et huiusmodi quod etiam de confirmacione
fieri posset cum dispensacione
sine qua non sed conferre sacramentum nisi solus
episcopus. Ad tercium ergo dicendum quod non omnia
sacramenta in quibus confertur gracia spiritualis
potest conferre sacerdos. Unde licet in sacramento
confirmacionis conferatur gracia spiritualis
non tamen competit sacerdoti. Et eodem
modo in sacramento ordinis confertur
gracia spiritualis que reservatur solis
episcopis propter perfeccionem in qua consistit
ex eodem modo confirmacio. Non obst-
at de impedito quod potest recurrere
ad civitates in quibus sunt epi-
scopi presentes. Et per hoc patet solucio ad primum.
Ad secundum dicendum quod sacramentum baptismi est
maioris necessitatis non perfeccionis et ideo propter
eius necessitatem non solum sacerdotes
sed etiam quilibet homines possunt baptizare
in articulo necessitatis ubi non habetur
copia sacerdotis servata intencione et for-
ma sacramenti. Confirmacio vero quia
non est adeo necessaria et consistit in
quadam perfeccione ut dictum est maio-
ribus reservatur scilicet solis episcopis.
Circa sacramentum eukaristie queritur pri-
mo primo de illis qui exclu-
duntur a perceptione propter fornicacionem.
Secundo de illis qui excluduntur a perci-
piendo propter excommunicacionem.
Circa primum quesitum est utrum aliquis
possit audire missam sacerdotis
fornicarii qui peccat mortaliter. 8
Videtur quod non possit audire sine
peccato mortali. Racio: quia precipit sub
anathemate quod non audiat missam
a fornicario sacerdote sed facere contra
huiusmodi mandatum est peccatum
mortale ergo etc. Contra est quod in multis
locis per mundum sustinetur. Respondeo

dicendum quod cum hoc est consideratum quod aliquid
secundum omnis nulle est propter malum
et aliquid est malum secundum ad
quintum positum communicans cum sacer-
dote in peccato mortali ex quo celebrat
peccat mortaliter. Unde si constaret ei
eum esse in peccato mortali et inducit
eum ad celebrandum peccat eciam mor-
taliter. et hoc secundum rationem nullo modo valet quia
hoc quod est provocare eum ad peccatum
mortale est peccatum mortale. Quintum autem
positum addit plus quam non solum
si inducam eum ad celebrandum
sed eciam, sed eciam si audiam eius
missam peccato mortali quod quidem con-
stitutum est in pena sacerdotis for-
nicarii. Attendendum tamen est quod hoc
non intelligitur de quolibet sacerdote forni-
cario sed de presbiteris fornicariis qui
quippe dicuntur publici cum iudicio et
sententia ecclesie vocantur publici. Unde
quicumque a tali fornicario publico
audit missam peccat mortaliter. Ad
aliud quod obicitur dicendum quod si susti-
netur a prelatis propter hoc non excusatur
quia hoc est propter negligenciam vel propter nimiam
et de factum ipsorum prelatorum qui non sunt
ausi corrigere aliquos cum in se
multa corrigenda cognoscunt, vel eciam
propter timorem aliorum. Unde non excusantur
propter hoc etc.

Circa secundum questionem fuit utrum
aliquis loquendo communicando sive
stando cum excommunicatis peccet
mortaliter. Videtur quod sic, quia multi magistri
doctores et magni dicunt quod facere
contra preceptum ecclesie est peccatum mortale
sed ecclesia mandat quod nullus loquatur
vel comedat cum excommunicatis ergo
qui hoc facit peccat mortaliter. Preterea
dicitur in decretalibus dicit ubi consule-
batur summus pontifex utrum possit
participare excommunicatis, quod eciam
hoc permittendo dispendio mortis
non debet facere et huius assignat causam
quia quia est peccatum mortale ergo
videtur quod quicumque in aliquo cum eis
participat peccat mortaliter. Contra
quod nos videmus multos perfectos
viros scilicet fratres qui nullo modo
hoc facerent si esset peccatum mortale.
Respondeo dicendum quod aliquis per excommunicacionem
separatur a communione. Excommunicatio maior que
tangit separat a communione fidelium.
Dico ergo quod aliquis potest communicare
seu participare cum excommunicato
divine et in divinis sive quibus
in hiis que sunt fidei, et sic ille
qui hoc modo communicat sed peccat
mortaliter. Et hoc contingit dupliciter quia
si communicet secum in divinis sicut si
oret secum eo vel cum eo vel audi-
at missam cum eo et in aliis spiritua-
libus. Item si ex contemptu et
hoc in quocumque casu communicat quibus
cum eo quasi contempnens man-
datum ecclesie peccat mortaliter. Item
quicumque participat secum in crimine
et in causa. In divinis vero communicat
hiis que sunt honesta sicut in cibo
in cibo et in hiis que sunt simpliciter
humane conversacionis et propter hoc
non peccat mortaliter sed venialiter
nisi faciat ex contemptu ut dictum
est. Ad primum dicendum quod opinio doctorum istorum
non est vera quia ipsi plus attendunt
hiis que consequuntur. Ipsos
tamen quam dicunt cum plus sit
attendendum divina inter quam humana
et ideo melior est opinio aliorum
qui dicunt contrarium. Ad secundum dicendum
quod communicare cum excommunicato divine
est contra preceptum ecclesie et est peccatum
mortale sed in divinis non est contra
sed preter preceptum ecclesie, et hoc

non est peccatum mortale sed veniale
Unde sciendum est quod quedam sunt
per se mala et hec non possunt fieri
sine peccato quedam vero sunt
ex [illegible] malorum tamen et ista possunt fieri
tamen sine peccato mortali et sic est legere
vel comedere cum excommunicatis. Ad 3m
dicendum quod non solum quis debet su-
bire mortem antequam peccatum mor-
tale sed etiam antequam peccatum ve-
niale quia peccatum in quantum peccatum nun-
quam est eligibile, si enim esset eligi-
bile nunquam esset peccatum et sic non
peccaretur si fieret. Et ideo philosophus non
concluditur quod ideo non sit faciendum eis
quia est peccatum mortale, et qui hoc
facit mortaliter peccat sed quod etiam si
esset veniale non esset faciendum eis et
tamen non peccatum mortale patrando vel dicendum
quod de eo talis illa intelligitur de illis
qui directe cooperantur eo quod [illegible]

Circa secundum matrimonii questiones sunt
10 duo. Primo de maleficiis. 2o
de frigidis. Circa primum questitum
est utrum maleficia impediant matri-
monium. Videtur quod non. Opus dei est for-
tius quam dyaboli, sed matrimonium est opus
dei, maleficium vero opus dyaboli
ergo matrimonium est fortius maleficio
non ergo impeditur per ipsum. Contra
maior est potestas demonis quam potestas
hominis sed homo potest matrimonium impedire
ergo et demon. Respondeo dicendum quod matrimonium
est quoddam pactum quo per matrimonium
unus tradit potestatem sui corporis
alteri ad carnalem copulam. Con-
stat autem quod pactum de impossibi-
li nullum est, cum nullus se possit ob-
ligare ad impossibile et ideo quando
aliquis obligat se per matrimonium ad
carnalem copulam si hoc sit ei
impossibile matrimonium nullum est

Sed notandum est quod impossibilitas
carnalis copule ex aliquo impedi-
mento proveniens potest dupliciter considera-
ri, quia vel illud impedimentum est
superveniens matrimonio iam consumato vel
precedens. Si est superveniens tunc
matrimonium iam consumatum nunquam solvi-
tur. Item circa hoc sciendum quod im-
pedimenta huiusmodi vel sunt perpetua vel
ad tempus. Si sunt perpetua tunc
matrimonium illud simpliciter impeditur. Si
vero sunt temporalia temporanea
tunc matrimonium non impeditur simpliciter
sed ad tempus. Ita tamen quod impedimentum
determinetur si precedat temporaneum de
maleficiis. Autem sciendum est quod qui-
dam dixerunt quod maleficium nichil
est, et hoc proveniebat ex infidelitate
quia volebant quod demones non
sunt nisi in ymaginatione hominum
nisi scilicet homines ymaginabantur eos
et ex ista ymaginatione terribiliter lede-
bantur. Fides vero katholica vult
quod demones sint aliquid et pos-
sunt nocere suis operibus et impedire
carnalem copulam et ideo huiusmodi im-
pedimenta si precedant et sunt perpe-
tua ut dictum est simpliciter impediunt
matrimonium. Ad primum ergo dicendum quod etiam
dyaboli est opus dei et non solum
matrimonium et inter opera dei unum est
fortius alio et unum impeditur
per aliud magis forte. Unde cum
dyabolus sit fortior quam matrimonium
nichil prohibet per ipsum matrimonium im-
pediri.

Circa 2m questitum est utrum 11
frigiditas impediat matrimonium.
Videtur quod non quia senes sunt
frigidi et contrahunt matrimonium. Insuper
convincitur quod nullus obligat se
ad impossibile. Sed impossibile
est frigidis carnaliter alicui

copulam ergo si ad hoc obligavit
se pactum huiusmodi nullum est. Ratio autem
quod frigiditas eadem ratione impedit
matrimonium sicut maleficium cum sit eadem
impossibilitas in utroque. Intelligendum
tamen differt frigidus et maleficiatus
frigidus et maleficiatus. Frigi-
dus enim est impotens simpliciter quantum
ad omnes. Maleficiatus vero est
quidem impotens non tamen quoad
omnes sed quoad unam tantum. Nam
maleficium consistit in imagina-
tione viri vel unius mulieris
inquantum sed ex operatione demonis
fit illi ab horrore alicuius mulie-
ris per horrorem refrigescit et re-
primit et ideo aliter impedit frigi-
ditas et aliter maleficium. Nam
frigiditas impedit aliquem ita
quod oportet quod remaneat ab-
sque omni spe congressus. Si ab una
impediatur. Unde si aliquando ali-
quis efficitur potens non tamen
pt matrimonium. Unde frigiditas sol-
vit contractum et impedit contrahen-
dum. Maleficiatus vero impedit
quantum ad istam tantum. Unde et licet
cum mulieribus aliis et illicitis sit
unde solvit contractum sed non de-
bet contrahendum ut iam patet. Ad
primum ergo dicendum quod senes sunt frigi-
di et non quidem ad actum ge-
nerationis sed ad generationem prolis et
ideo cum possunt carnaliter copulari
non solvitur matrimonium. Frigiditas
vero que omnino carnalem copulam
impedit solvit matrimonium.

Circa communicationem ho humane
vite quesita sunt quaedam
primo pertinentia ad proximum quaedam
vero pertinentia ad res que in

usum hominum veniunt. Pertinentia
vero ad proximum quesitum est de
correptione fraterna. Circa hoc
duo queruntur.

Primo utrum teneatur aliquis
in publico vel in privato cor- 13
ripere fratrem suum vel proximum
eius quod occulte. Contra est. Si peccaverit
in te frater tuus vade et corri-
pe eum inter te et ipsum solum.
Videtur ergo quod occulte sit cor-
rigendus frater delinquens. Contra
hoc dicit Apostolus: peccantem coram omnibus f 13
argue. Praeterea aliquae constitutiones
hoc habent ut sic publice corri-
piantur. Responsio. Dicendum quod huiusmodi cor-
rectio ex caritate dicitur procedere et // d3
inde est quod dicitur fraterna dilectio
et ideo secundum ordinem fraterne correctio-
nis fieri secundum ordinem caritatis.
Ordo autem caritatis talis est ut
quis bono proximi praeferat quae bonum
Item ut velit bonum proximi et conscientie
et fame et huiusmodi velit magis bo-
num conscientie quam utrumque horum non
pt et ideo huiusmodi considerantes credo
quod si esset aliquod peccatum carnale
seu spirituale quod vergit in detrimentum
multitudinis statim est revelandum
cum praeponderet bonum quod in or-
dine caritatis praeit dum est bono proprio
proximi scilicet sit fame sue et conscientie.
Criminis vero non tendit in multi-
tudinis detrimentum tunc debet quis utrumque
per custodire scilicet bonum fame et con-
scientie corrigendo inter se et ipsum.
Si autem ex hoc correctio non sequitur
tunc secundum ordinem evangelii debet
semper adhibere alium vel etiam
respice ecclesie intelligendum tamen et intelligo
procedendus est ordo ut si peccatum sit
publicatum publice corrigatur. Si
vero occultum occulte. Et ideo

Da
12 m

dicitur si peccaverit in te frater tuus
i. si te sciente solum et quantum ad oc-
cultum. Quantum vero ad publicum
dicitur peccantem publice coram
omnibus argue. Et sic patet solucio
ad primum secundum prius. Ad aliud vero
dicendum quod illud de constitucionibus or-
dinatum est et servari debet huiusmodi qui
congregantur in capitulo et conveniencium
societatibus et collegiis.
f. 17 Secundo queritur utrum si aliquis
sciat peccatum fratris peccat mo-
rtaliter revelando illud sta-
tim prelato suo. Videtur quod sic quia
facere contra ordinem evangelii est peccatum
mortale, sed statim referre prelato est
contra ordinem evangelii, ergo peccat
mortaliter. Contra est quod hoc fecerunt
multi viri perfecti qui nullo modo hoc
facerent si esset peccatum mortale. Preterea
prelati possunt non solum de preteritis sed
etiam de futuris prebere cautelam
et ideo si eis revelatur non videtur
esse peccatum mortale. Respondeo dicendum quod
verbum domini quod dicitur Mt. 18 de correc-
tione fraterna est intelligendum sicut
alia verba que dicit pertinentia ad
humanos actus, scilicet quod servari debet
secundum quod dependet actualiter. Et ideo dico
quod semper cum debitis circumstanciis
intelligenda sunt. Sciendum est autem
quod in omnibus hiis procedere secundum in-
venio. Primo per inquisicionem et hoc est in
peccatis publicis, et non debet fieri nisi
procedat clamor congregationis. Item per
denunciacionem et per accusacionem et
hoc est in privatis. Si autem procedatur
per accusacionem tunc debet fieri prius
quia obligatur accusator ad talio-
nem et hoc intenditur ut finis
bonum rei publice. Unde hoc potest
fieri secundum voluntatem sive pu-

blice sive privatim. Si autem pro-
cedatur per denunciacionem tunc debet pre-
cedere fraterna amonicio quia huius
finis est emendacio proximi et ideo
debet servari ordo fraterne correctionis.
Utrum autem statim cum quis scit
fratrem suum peccasse debeat denunci-
are prelato. Dico quod in hiis distin-
guendum est de condicionibus subditi
et prelati. Nam si scio quod frater per me
corrigatur tunc non debeo hoc
denunciare prelato. Si autem videtur
quod hoc melius fiat per prelatum et
prelatus nichilominus sit prudens discretus
et spiritualis non habens rancorem
sive odium ad personam illius subdi-
tum tunc licite potest hoc denunciari
ei et tunc non dicitur esse contra quia non
dicit ei sicut prelato sed sicut persone
proficienti ad correctionem proximi et emen-
dacionem. Sed quia propter condiciones
diversas prelatorum et subditorum non
potest in hoc dari generale iudicium
quia aliquando prelatus vel movetur
ad odium ad usus subditum vel
subditus non habet fiduciam circa prelatum
ideo tenendum est hoc pro regula quod
in omnibus istis semper servanda
est caritas et quod melius et magis
expedire videtur. Et si ego in ve-
ritate videat emendam sed proximi fieri
possit bona caritatis tunc
denunciando non peccat. Si vero
denunciet inimicus persone hoc ex
malicia et intencione ut proximus confundatur
vel deprimatur tunc denuncians
sive accusans peccat mortaliter. Ad
primum ergo dicendum quod si statim aliquis
referret prelato adhibitis debitis
circumstanciis et considerans illud quod
videtur magis expedire non facit
contra preceptum evangelii quia non dicit
hoc ecclesie sed persone proficienti ut dein-

est et ideo non peccat mortaliter. Ad
2m dicendum quod etiam per se sit dubium peccaverit
mortaliter si de intencione
prelato vel alicui proponat intendit
aliquid quod est contra intencionem
precepti. Ad 3m dicendum quod si aliquis
respiceret prelato culpam proximi intendens
vel cautelam infirmi vel aliquid
huiusmodi quod ad emendandam proximi
videtur expediri non peccat. Si
autem dixit hoc sive prelato sive
alicui amico suo confabulando tunc
peccat mortaliter. quod si ex cautela a-
licui dixerit hoc, ita tamen quod
non veniat inde ad vel in famie
vel vituperium proximi delinquentis
tunc non peccat mortaliter licet in cari-
tate non agat perfecte. 12um

12um 1 Quesitum est de rebus que
sunt supra hominem et de rebus
humanis. Circa primum quesitum
est de deo de angelis de celo. Circa
primum quesitum est de deo quantum ad
suum esse quantum ad suam potenciam
quantum ad eius predestinacionem. Circa
primum quesitum est utrum in deo sit tantum
unum esse scilicet essenciale vel preter illud
sit in deo esse personale et videtur quod
sic quia aliud est patrem esse aliud
filium esse aliud spiritum sanctum esse
sed esse essenciale non est aliud et
aliud ergo etc. Preterea proprium forme est
quod det esse sed in divinis sunt tres pro-
prietates personales que obtinent racio-
nem forme ergo etc. Contra Augustinus
dicit In divinis tantum unum est esse
Respondeo dicendum quod veritas fidei habet in divinis
plurium est distinccio que est secundum
relaciones oppositas relacio autem
sicut etiam quelibet forma habet
esse ex comparacione ad id cui inest
Unde etiam esse filiacionis ex comparacione
ad subiectum cui inest relacio
autem in divinis non distinguitur
ab hoc cui inest quia est essencia
que refertur, sed distinguitur solum
propter eius cui opponitur et ex hac
parte non consideratur esse relacionis
sed distinccio et opposicio eius et ideo
est in deo unum tantum esse scilicet essenciale.
Ad primum ergo dicendum quod esse dicitur dupliciter
quandoque enim esse idem est quod actus
actus entis, quandoque autem signat com-
posicionem enunciacionis et sic significat
actum intellectus quo intellectus
intelligit. Unde ergo dicitur quod
aliud est esse patris et aliud filii
verum est racione esse secundo modo non
primo modo. Ad 2m dicendum quod sicut
et quelibet forma proprietas absolu-
te facit esse, sed proprium quod est di-
vinum esse et facit tantum unum esse
in quantum primitus facit esse 2

Eciam quesitum est de potencia
dei. Et primo utrum deus possit
facere duo contraria simul esse.
2o utrum possit facere infinita in
actu. Ad primum dicendum quod non et
hoc non importat in deo impotenciam
potius quia hoc non habet racionem potencie.
Nam omnis virtus activa producit ac-
tum similem sibi omne autem quod agit
in quantum est ens actu ergo effectus
agentis est ens actu quicquid
ergo repugnat ei quod est actu
repugnat potencie active quod
sunt contraria simul esse etc. 3

Ad 2m dicendum quod esse aliquid
infinitum actu possit suspi-
cari ex primo aspectu quod esset
impossibile, quia sequeretur illud

esse equale deo / sed hoc non sequitur
quia et quod est infinitum omnibus
modis non adequatur illud quod
est infinitum uno modo / Dato
enim quod esset ignis infinitus secundum
magnitudinem non adequabitur
deo quia si sit infinitus ignis in quantitate
tamen est quid finitum specie · Deus
autem omnibus modis est infinitus
Cum ergo queritur utrum sit possibile
deo facere aliquid infinitum in actu
dicendum quod non potencie eius agentis
per intellectum aliquid repugnat
dupliciter / Uno modo quia repugnat
potencie eius / Alio modo quia
repugnat potencie dei absolute
quia non implicat contradictionem / Sed si
consideretur modus quo deus agit
non est possibile deus enim agit per
suum intellectum et per verbum quod est
formativum omnium unde oportet quod omnia
que agit sint formata · Infinitum
autem accipitur ut materia sine forma
unum infinitum se tenet ex parte
materie / Si ergo deus hoc ageret
sequeretur quod opus dei esset ad in-
forme et hoc repugnat ei per quod
agit et modo agendi quia per verbum
suum omnia agit quo omnia formantur

Eiusdem questionum est de
predestinacione utrum sit certa //
Et videtur quod non quia possibile
est predestinatum dampnari / sicut
petrum si fuisset tunc statim mor-
tuus / qui peccavit christum negando
Si vero dicas quod locus de deo est
vera de re vero non / Contra quia
hoc est locum informacionis separabilem
sed hec forma que est predestinacio
est inseparabilis // Respondeo dicendum quod
predestinacio est quedam pars divine
providencie providencia autem dicit
direccionem aliquorum in finem et hec
presupponit scienciam et voluntatem sic
ergo predestinacio habet certitudinem ex
parte sciencie dei que non potest falli
et ex parte divine voluntatis cui non potest
aliquis resistere et ex parte providencie
que certissimo modo ducit ad finem
cum deus sit sapientissimus / Ad primum
ergo dicendum quod predestinacio habet certitudi-
nem · et tamen est necessarium predestinatum
salvari / sed remanet contingens dum
enim est quod habet certitudinem ex sciencia volun-
tate et providencia et nullum in hoc con-
tingenciam imposuit / Sciencia vero que
sciencia dei est futurorum prout sunt in
presenti / Et secundum hoc sunt contingencia vo-
luntas vero que voluntas dei
est principium tocius entis ergo
non cadit sub racione contingencie vel
necessitatis sed hec effluunt et ordinantur
ex dei voluntate et sic ipsa dei vo-
luntas facit quedam esse contingencia
preparando causas contingentes et sic
necessitas causis rebus ex effectibus ne-
cessariis / Sicut ergo voluntas
dei semper impletur · non tamen omnia
necessario eveniunt / sed eo modo
quo vult ea esse et vult quod sint
contingenter providencia vero que non
tollit contingenciam / Ad secundum dicendum quod bona
est distinccio Sed ad obiectum de formis
dicendum quod aliter est de formis realibus
et aliter de predicatis · que importat ali-
quid pertinens ad actum racionis
quia in predicatis si in eis debet habere
locum talis distinccio oportet in esse
separacionem in re et in consideracione
In predicatis non reperitur sed oportet quod
res illa cadat sub hac consideracione / Et sic dico quod ille predestinatus

mo ... / poo n repugn...

p(re)destinatus p(otes)t (con)siderari vel ut in se vel sub (con)c(e)p(tu) relatus, et sic uno modo attribuitur et q(uo)d possit da(m)pnari alio mo(do) non.

Unde q(uesi)tum est de fato ut(rum) o(mn)ia sub sint fato. D(icen)d(u)m q(uod) primo o(portet) s(cir)e quid sit fatum et sic postea faciliter patebit p(ro)p(osi)t(u)m. Videmus aut(em) multa (con)tingere eve nire et ideo fuit aliquod dubium ut(rum) ista que videntur et morte (con)tingunt reducantur in aliquam causam ordinatam. Et qui dicunt q(uod) no(n) sunt fat(a) vel esse ut Tullius dicit. Qui dam autem dicunt q(uod) in aliquam superiorem causam reducantur et isti vocaverunt fatum a for. fari. qua si hec o(mn)ia sunt p(re)fata aliqua superiori. S(ed) hoc (con)tingit multiplex opinio. Quidam enim reducunt hoc in quandam seriem causarum qui dicunt fatum sicut Stoici qui dicunt q(uod) nichil est q(uod) non habeat causam et posita causa necesse est ponere effectum. Si ergo evenit vel est talis effectus sunt causa et hec causa alia causa et sic de inceps. sicut qui e(st) occisus de nocte, quia exivit domum, et hoc quia salsa comedit, et sic q(uia) salsa comedit occisus est. Aristoteles vero negavit duo prima. Primo q(uod) non quodlibet sit h(abe)t causam s(ed) t(ame)n q(uod) fit p(er) se, q(uod) aut(em) ex accidente (con)venit e(st) p(er) accidens. Sed d(icit) q(uod) non posita causa ponitur effectus quia p(otes)t impediri et ideo non sequitur vel non stat series causarum. Alii reducunt hoc in aliam causam scilicet in corpora celestia ex quorum virtute dicunt o(mn)ia accidere unde dicunt q(uod) fatum vel aliud est q(uam) vis po

sicionis siderum. Hec aut(em) opinio duplex est falsa. Primo q(uan)tum ad res humanas que (con)veniunt ab intellectu, que cum sit virtus in corpo rea non subiacet actioni alicuius corporis. Etenim ponere animam subiacere virtuti corporum celestium nichil aliud est q(uam) ponere intellectum non differre a se(nsu) ut d(icit) Ph(ilosoph)us in 3° de a(n)i(m)a in fine. t(ame)n p(er) accidens et occa sionaliter subditur a(n)i(m)a celo in q(uan)tum intellectus afficitur p(er) passionem cor poris non t(ame)n (con)natur nec ab eo. 2° quia multa in rebus n(atur)alibus (con)tingunt que no(n) accidunt ex virtute celi s(ed) p(er) accidens et hec non h(abe)t causam. Alii reducunt hec o(mn)ia in causam superiorem celestem s(cilicet) in p(ro)videnciam dei a qua o(mn)ia sunt p(re)ordinata et ordinata. et s(ecundu)m istos e(st) fatum quidem effectus divine p(ro)videncie quia p(ro)videncia nichil est q(uam) ratio ordinis p(rou)t est in mente divina. fatum vero est explicatio illius ordinis p(rou)t est in rebus unde dicit Boe(tius) fatum est inmobilis dispositio rebus mobilibus inherens. Sic ergo accipiendo fatum p(otes)t dici q(uod) o(mn)ia subiciuntur fato. Non t(ame)n est sic d(icen)d(u)m p(ro)pter suspicionem huius nominis fatum quo utuntur gen tes in suis erroribus. Unde d(icit) Aug(ustinus) 2° sup(er) illud. Non vo cabis me ultra &c. aliud s(ed) virtutis, q(uo)d idem est cet(er)is &c. Et deus noluit hoc q(uod) vocaliter n(omine) erat cum eius in dolo gentilium et ideo sunt vitanda nomina gentilium cum quibus nec (con)venit nomina h(abe)re (com)munia. Et ideo Aug(ustinus) dicit

Si quis hoc intelligat[mo] fatuum
suum teneat, litteram corrigat
ut non dicat fatuum sed prudentiam
dei etc.
6 Eodem quesitum est de angelis
et circa hoc quesita sunt duo
Primo utrum esse angeli sit
actus eius. Et videtur quod non quia
actus nullus in esse alicui preex-
istentia [illegible] autem non preexistit
ipsi esse. Contra [illegible]
secundo dicendum quod opinio Avicenne fuit
quod unum et ens semper predicant
actus. hoc autem non est verum
quia unum prout convertitur cum ente
significat statum rei et similiter ens. Sed
unum prout est principium numeri significat actus.
Sciendum ergo quod unum quod est in po-
tentia et in actu fit, fit actu per
hoc quod participat actum superiorem.
per hoc autem aliquid maioris fit
actu quod participat per similitudinem
secundum primum actum per quem autem
actus est esse subsistens per se deum.
Unde complementum unum quod recipit
per hoc quod participat esse. Unde esse
est complementum omnis forme quia unum-
quodque per hoc completur quod habet esse et habet
esse cum est actu et sic nulla
forma est nisi per esse. Et sic dico
quod esse substantiale rei non est actus
sed actualitas eius sed forme exi-
stentis sive sine materia seu cum
materia. et quia est completio omnium inde
est quod proprius effectus dei est esse et
nulla creatura dat esse nisi in
quantum participat operationem divinam et
sic secundum loquendo non est actus et
hoc [illegible] dico autem actus large
[illegible] quod [illegible] non est per essentiam
et sic esse in rebus creatis. quia in

solo deo esse est eius essentia.
Secundo questitum est utrum
dyabolus cognoscat cogita- a
tiones hominum. Probo dicendum quod co-
gnoscere cogitationes cordis potest con-
tingere dupliciter: ipse et per se et in
aliquo affectu. Primo modo solius
dei est, Ieremie xv. Pravum est cor
hominis et inscrutabile. Unde nec
angeli sic eas cognoscunt, cuius ra-
tio est triplex. Una propter debilitatem
esse quod habent eo quod supra quoddam
quo aliquid est eius impotentia
est secundus quo res sunt in anima. A-
lia est [illegible] quia quod est in voluntate
cause alicuius non potest cognosci nisi
a causa que nata est movere illam
voluntatem. Aut movet solus deus
cum ergo cogitationes dependeant
a voluntate sicut a sua causa solus
deus eas cognoscit. Alia ratio est
quia angeli illa que cognoscunt
per species naturales inditas cognoscunt
et hec sunt species rerum naturalium non
autem cogitationum quia hec non re-
ducuntur ad actum naturalem vel non
pertinent ad conformationem naturalem. Cum
per effectus cogitationum cognoscunt
cogitationes sicut et homo similiter
tamen ipsi subtilius cognoscunt effectus
qui causantur ex cogitationibus quia
secundum cogitationes homo afficitur
aliqua passione et per has movetur cor
et hos motus subtilius ipsi cogno-
scunt quam nos. Et sic aliquid co-
gnoscunt de cogitationibus cordis.
Et hoc Augustinus dicit in libro de divina-
tione demonum licet alibi dicat
quod determinare in eo [illegible]
sit presumptuosum etc.
Eodem questitum est de celo 8
et circa duo quesita sunt
Primo utrum celum et mundus

sit eternus. Ad 2m dicendum quod non, sed mundum incepisse est de numero eorum que cadunt sub fide, non de numero eorum que dependent ex simplici voce dei, et sic potuit esse et non esse, et ad hoc quod sit non invenit aliqua necessitas ex parte dei. Divina autem bonitas que est finis vult (?) potest ita esse si non sit mundus sicut si sit etc.

9 Secundo quesitum est utrum celum sit animatum. Respondeo dicendum quod de hoc diversimode senserunt doctores ecclesie. Jeronimus dicit in super Ecclesiasten quod sol est animatus. Damascenus hoc negat. Et hec diversitas est apud philosophos. Plato enim et Aristoteles posuerunt corpora supercelestia animata esse. Anaxagoras non, et ideo legitur fuisse occisus. Ego autem dico secundum Augustinum et supergressum (?) ad litteram quod non refert ad fidem utrum sic vel aliter sit. Unde hoc non determinat in Enchiridion. Addens quod si ponamus corpora supercelestia esse animata, non ideo erunt in numero trium ordinum mediatorum scilicet angelorum et hominum et animarum, quia iste anime computabuntur cum angelis. Et hoc sensisse videtur ille qui fecit prefacium cum dixit: Celi celorumque virtutes. Et ideo patet etc.

10 Tertio quesitum est de homine, primo quantum ad animam et quantum ad genitum (?) et quantum ad culpam. Circa primum quesita sunt tria. Primo quantum ad animam, 2o de generatione anime, 3o de effectu coniunctionis. Circa animam quesita sunt. Primo utrum anima perficiat corpus immediate vel mediante corporeitate. Respondeo dicendum quod in nullo corpore est nisi una forma substantialis. Cuius ratio est triplex. Prima est quia si plures ponerentur non esset forma



substantialis que facit esse simpliciter, sed solum accidentalis que facit esse hoc. Item si sit acquisitio forme substantialis non erit generatio simplex. Item quia si sit non esset compositum ex anima et corpore unum simpliciter sed duo simpliciter et unum per accidens. Si dicatur corporeitas forma est corporis, dicendum corporeitas dupliciter: quandoque tres dimensiones, et hec non est forma substantialis sed accidens. Aliquando dicitur quedam forma ex qua provenit trina dimensio, et hec non est alia a forma specifica.

Secundo queritur utrum anima 11
sit ex traduce. Respondeo dicendum quod Augustinus hanc questionem non determinat sed indeterminatam relinquit in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Sed ille liber non est Augustini sed [illegible] et non vult eam determinare. Credendum est tamen quod non. Et est una ratio philosophi de animalibus, quia impossibile est quod virtus corporea ponat illud quod excedit corpus. Virtus autem sensus est virtus corporea. Alia ratio est vij° methaphisice, quia quidam posuerunt quod forme naturales sunt creationes (?), tamen cum materia aeris recipit formam ignis aut in creat et sic de latitatio aut non generatur de novo non ex aliquo sed ex nichilo generatur. Solvunt philosophi quod forma non fit sicut nec habet esse per se, sed fit compositum quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma que per se subsistat, si sit, illa habet per se fieri. Talis autem per se habet esse per se subsistens et remanet corrupto corpore, et ita concedit quod habeat causam aliam

Sui fieri etc.

Eunde questitum est de ḡgitōe
12 hōis ut(rum) intellectus quamq(ue)
ḡgnoscat singula. R(espondetur) dicendum
q(uo)d aliquid cognoscitur dupl(iciter) di
recte et indirecte s(ci)l(icet) p(er) reflectio(ne)m
ḡgniti in ḡgnoscente. Et h(oc) e(st) in
intellectu n(ost)ro p(er) abstractio(ne)m a ḡdi
co(n)tionibus individualibus et a
materia et ideo cum n(ost)ra ḡgnitio
sit p(er) speciem ideo non ḡgnoscit di
recte nisi u(niversa)le. Intellectus aute(m)
divinus ḡgnoscit non p(er) similitudinem
a re acceptam s(ed) p(er) extensionem
sue essentie ad res. Et h(oc) similitu
do s(ci)l(icet) divina essentia mediu(m) est o(mn)i(u)m
que sunt in re ex ip(s)a similitudo
et ideo directe ḡgnoscit q(uo)d quid
est in re ~~et q(uo)d~~ p(er)tinet ad materi
am individualem. S(ed) q(uomod)o
p(hilosoph)us s(eparatus)? s(e)p(ar)atus est intellect(us) etiam
ḡgnoscit que sunt in materia
dicit q(uo)d o(mn)e q(uo)d h(oc) ḡgnoscat et
simili(ter) ita for(te) s(e)p(ar)atus cogno
scit intellectu et ḡ(n)iecta materie
p(er) imaginatione(m) alio mo(do) s(ci)l(icet) p(er) ex
tensionem in q(uo)d ḡiungit fanta
sie que recipiunt s(ed) fantasmata et
sic indirecte ḡgnoscit etc.

Eunde ḡsitum est de effectu
13 extra ... ḡgnitione et p(ri)mo rema
neat post hanc vitam. R(espondetur)
q(uo)d circa h(oc) est dupl(ex) op(ini)o. Quida(m)
dicunt quod non sequentes A
vicen(n)am in 6o n(atu)ralium q(uo)d spe(cie)s
acquisite non remaneant in
intellectu po(ssibi)li nisi q(uan)do du(m) actu
intelligit q(uo)d est f(als)um. Nam in
tellectus po(ssibi)l(is) recipit sp(eci)es et re
tinet s(ecundu)m mo(dum) suu(m) v(e)l cum
ip(s)e sit immobilis ut potē in

materialis et incorruptibilis recip(it)
sp(eci)es intellec(tua)les s(ecundu)m mo(dum) suu(m) et imp(er)
mobiliter recedunt. Ita q(uo)d sunt ibi q(uo)
dam actu non intelligit s(ed) h(ab)itu
et sic dico q(uo)d remanet sive in dap
natis sive in bonis. S(ed) de s(ci)entia
h(ab)ituali scias q(uo)d p(ri)m(u)m ad mo(dum) s(ci)e(nti)e
quia h(ic) semp(er) intelligit ḡuertendo
se ad fantas(ma)ta p(ro)p(ter) corpus et non
solum p(ro)p(ter) h(oc) fantasmatib(us) indi
genus s(ed) ad recte d(icen)dum h(ab)itu(m) spe(cie)s
et ille modus non erit tunc q(uia) non
ḡvertet se ad fantasmata. 14

Eunde q(ue)ritur ut(rum) celestia
na h(ab)eant virtutem ad mo(dum) d(omi)nu(m)
bruta puta serpentes. R(espondetur) d(icendu)m
q(uo)d aliquid p(otes)t h(ab)ere v(ir)tutem aliq(ua)m
et s(ecundu)m speciem n(atur)am et s(ecundu)m v(ir)tutem
sicut causa ubi ḡra mixtum
ex elementis h(abe)t v(ir)tutem ex n(atur)a
elementorum s(ecundu)m modum motum
p(re)dominantis elementi. Aliam h(abe)t
ex corpore celesti sicut q(uo)d adamas
attrahit ferrum q(uo)d non reducitur in
virtutem elementorum. Aliqui igitur
dicunt q(uo)d non solum n(atura)lia corpora
s(ed) artificialia sortiuntur virtutes
aliquas ex impressione corporum
celestium puta imagines v(e)l figure
subiecta ḡstellatione sub et si h(oc)
est verum v(e)l q(uo)d sup(er) artifi(ci)a sit
h(ab)it(u)s virtus impressa p(otes)t esse dici
q(uo)d v(er)ba p(ro)lata in certo tempore h(ab)e(n)t
aliq(ua)m efficaciam in mo(do). S(ed) h(oc)
non est verum nam in rebus
n(atura)libus o(mn)ia que h(ab)ent aliq(ua)m
virtutem ex corpore celesti h(ab)ent
illam q(ua)ntum aliq(ua)m formam
unde nichil agit ad speciem nisi
ex virtute corporis celestis et sic
forma est p(ri)mus in duo quod(am)

qum virtus ad talia verniata quod postea
removetur postmodum Si igitur
huiusmodi virtutes attribuuntur aliquibus
ex quo valdicuntur super formam aliquam
forme autem artificiales non sunt
nisi figure quedam et ideo falsum est
quod dicta et huiusmodi virtutes habeant
ex corpore celesti / sed si habent aliquam
hoc habent ex spiritu in mundo qui im-
miscet se verbis hominum ut decipiat
secundum Augustinum / Unde aliqui utuntur
verbis fabulosis et falsis et vanis
quibus ad illudendum homines se im-
miscent / Unde omnia ista frivola et
superstitiosa sunt / et ymagines astro-
nomice quibus et si non assit ali-
qua expressa invocacio demonum
tamen est ibi quidam tacitus consensus
25 et consensus / tamen si aliquis dicit verba
dei et sacra sine invocacione et fr-
aude / sed bona et divina intencione
non est in cantacio sed oracio Cristus
tamen super / Math. Ibi dilatant philacteria
etc. / Reprehendit illos qui collo
verba evangelii suspendunt / cum vero
evangelium non sit insignium verum
sed infide / Non tamen dampno illos
qui super se gerunt evangelium ex devo-
cione quia beata cecilia evangelium Christi
semper gerebat in pectore sine tamen
aliqua addicione vel verborum vel
caracterum vel aliorum superstitiosorum
Eundem quesitum est de hoc quomodo
ad quintum / Et circa hoc quintum ma-
17 teria / Primo de sene / 2o de
virtutibus / 3o de officiis / De ce-
tera sunt quesita / Primo de sacramentis
generis / 2o de efficacia sacrorum / 3o de
numero eorum / De sacris etiam que-
runtur duo / Primo de baptismo / 2o
20 de pena / De primo queritur utrum habeat

aqua virtutem ad emundacionem / i. utrum
propria virtute mundet vel virtute con-
comitante // Pro primo quod duplex est
opinio in huiusmodi non solum de aqua
sed etiam de aliis sacramentis
quidam enim dicunt quod sacramentum
non habent virtutem vel vim ex-
audi in anima sed tamen extra et di-
vina virtus concomitans facit illum
effectum et inducit exemplum hic / Sit
aliquis est qui mercatur aliquem
de prebenda per anulum aurum non est
causa prebende sed signum / Sed hoc non
est simile verum / quia sic non esset
aliqua prerogativa sacramentorum nove
legis ad veterem quia etiam in illa
virtus concomitans fidei credencium
in Christum venturum iustificabat
Et ideo dicendum est quod sacramentum habent in
se virtutem iustificandi / et ad ali-
quos ordinantur effectus ad quos
14 se habent non solum quod sunt signa
Unde Augustinus / Que tanta vis
aque ut corpus tangat et cor
abluatur / Sciendum tamen quod duplex
est virtus scilicet propria et instrumenta-
lis sicut patet in serra / Sic et sa-
cramentum habet virtutem instrumentalem
ad spiritualem effectum quia cum sacerdos
ad hibetur cum intencione verba
divina efficit hunc effectum et hoc
est conveniens quia verbum per
sacramenta virtutem habent habuit
carnem et fuit verbum dei / Et
18 sicut caro Christi habuit virtutem in-
strumentalem ad faciendum mira-
cula per contactum ad verbum / sic sacramentum
per contactum ad Christum crucifixum et
passum etc.
Eundem quesitum est de penite- 15
ncia et / Primo utrum non habens
curam animarum possit absolvere



in foro conscientie. Respondeo dicendum quod aliter est in sacramento penitentie et aliter in quibusdam aliis sacramentis. Nam in quibusdam quia habet ordinem potest ex se ipso inducere effectum sacramenti in omnibus cum talis. Sed in illis in quibus illud quod est effectus sacramentorum est res contra sacramentum unde sacerdos degradatus et excommunicatus licet peccet tamen consecrat et baptizat. Et similiter episcopus consecratus quia confert caractera. In penitentia autem non imprimitur caracter sed effectus et iustificatio penitentis quod non potest fieri nisi per potestatem ministrantis, non habens autem iurisdictionem non habet clavem potestatem.

2o queritur utrum liceat.

17 Secundo queritur utrum liceat in aliquo casu revelare confessionem. Respondeo dicendum quod nec verbo nec tamen nutu nec aliquo signo et facere contrarium est sacrilegium. Nam ita est institutum nove legis quod hec solum efficiunt quod figurant effectus autem penitentie est occultatio criminum ab oculis divinis et hec occultatio significatur per secretum confessionis. Et ideo sicut prophanaret sacramentum qui consecraret corpus et sanguinem Christi de alio quam de pane et vino. Ita est revelans sacrilegus.

18 Tertio queritur utrum liceat appetere episcopatum. Respondeo dicendum quod contingit appetere prelationem duplex aut propter utilitatem diligentem aut non diligentem. Primo modo duplex vel quando in ponitur a suspicione vel quando non invenitur aliquis qui velit onus prelationis subire. Et talis modus contra multorum est appetere. Unde Ysaia vi: Quem mittam et quis ibit nobis. Respondet: Ecce ego mitte me. Tamen ante dixit se indignum. 2o scilicet quando non diligentem utilitatem sic non licet quia non potest cavere aut vitia in iustitia si velit se melius preferre maioribus aut vitia presumptionis si reputet se sufficientem pre se aliis. Unde dicit Augustinus de civitate Dei quod cupiscere non est iustum nec utile sed illius decet gratiam etc.

19 Sexto quesitum est de effectu sacramentorum utrum compaternitas causetur ex perambulis ad sacramentum puta ex kathecismo et huiusmodi. [et hic non est de textu] Talis quod nomine perambulo sacramenti non potest fieri uxor. 3o queritur ibi compaternitas per kathecismum recipitur christianus sed qui dat sanctum baptismum efficitur compater 3o etc. Respondeo quidam dicunt quod quia ista sacramenta sufficiunt ad causandum compaternitatem. Quidam dicunt quod solum contrahitur compaternitas ad tria scilicet in kathecismo baptismo et confirmatione sed michi videtur quod solum contrahitur ex duobus scilicet in baptismo et confirmatione quia compaternitas paternitas quedam est spiritualis paternitas autem non fit nisi per generationem et ideo solum in illis sacramentis in quibus est quedam generatio spiritualis contrahitur compaternitas que matrimonium impedit. Ad primum ergo dicendum quod ista non sunt sacramenta sigillatim sed sunt accidentalia collective et simul quia qui in omnibus istis adest efficitur compater. Ad 2m dicendum quod kathecismus est sanctus per fidem non per baptismum quem non dum suscepit et ideo dat sanctissimum

qui dicit secundum baptismum
Tercio quesitum fuit utrum sit
una ecclesia que fuit in primo
tempore apostolorum et que est modo et
2o dicitur quod non quia nunc non vivitur
eisdem regulis tunc enim prelati
erant sine auro et argento in
zonis suis quia ut per Mat. Sed non legitur
quod Christus et apostoli habuerunt castra
modo autem ecclesia habet quia ut. Contra
Math. ult. Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummacionem seculi. Hoc autem
non intelligitur tantum de apostolis quia
omnes mortui sunt et adhuc se-
culum non est consummatum quia ut.
Ideo dicendum quod eadem est modo ecclesia
que tunc erat et que nunc est
quia eadem est fides et eadem
fidei sacramenta eadem auctoritas
et eadem professio. Unde dicit apostolus
Divisus est Christus absit. Ad 2m quod
dicendum quod verba Math. cap. x exponuntur.
ad Hylarius et Ambrosius exponunt secundum
sensum misticum dicentes Nolite
portare aurum etc. id est nichil in spiritua-
libus misteriis auro vendetis.
Non duas tunicas id est non duplicem
vitam habeatis. Alii exponunt ad li-
teram et una exposicio est Augustini
qui dicit quod illa verba non dicuntur per modum
precepti sed permissionis ita quod qui non
servat non peccat et qui servat me-
lius facit ut sit sensus Nolite
portare id est quando itis ad predicandum
ne solliciti sitis de expensis quia debe-
tur vobis exemplo dignus enim
est mercede sua operarius etc. q. d.
Ideo permitto ut non portetis quia
digni estis accipere ab aliis quibus
predicatis. Sed Paulus hoc non serva-
vit et tamen contra regulam habuit non

fecit sed supererogavit. Alia ex-
posicio est aliorum doctorum qui di-
cunt quod hec dicta sunt precepti-
ve sed hoc preceptum datum est
non ad semper servandum sed ad pri-
mam missionem. Bis enim eos
misit scilicet ante passionem iudeis
et post resurrectionem gentibus. In prima
dixit eis In viam gencium ne
abieritis. In secunda dixit Docete
omnes gentes. In prima mandat
quod predicta servarent non autem in secunda
et racio huius est quia in prima
solum mittebantur ad iudeos
apud quos consuetum erat quod
magistri eorum ab eis sustentarentur
et ideo sine scandalo poterant ac-
cipere et tamen petita vel concessa
apud vero gentiles non erat
consuetudo quia apud eos non
erant huiusmodi predicatores et ideo
fuisset eis scandalum et visum
fuisset eis quod propter questum apostoli pre-
dicarent. Et Paulus hoc prece-
ptum non servavit in gentibus
et ideo dominus in secunda missione dixit
nunc qui habet sacculum tollat simi-
liter et peram. Ad 3m dicendum quod Augustinus
videtur in epistola contra donatistas et
habetur super illud psalmi Quare fre-
muerunt gentes. distinguit
enim diversa tempora ecclesie. Fuit enim
tempus quando astiterunt reges
adversus Christum. Et in illo tempore non
solum non dabant fidelibus sed
etiam eos occidebant. Aliud
vero tempus est nunc quo reges
intelligunt et eruditi serviunt
domino Ihesu Christo in timore etc.
Et ideo in isto tempore reges sunt
vasalli ecclesie nunc et ideo est

alius status esse nunc et tunc
non tamen est alia essentia.

Deinde quesitum est de virtutibus
Primo de quadam virtute in
21 tellectuali scilicet de veritate. 2o de virtu
tibus moralibus. De prima quesita
sunt duo. primo de fortitudine veritatis
2o de confirmatione veritatis. Circa
primum quesitum est utrum veritas sit
fortior inter vinum regem et
mulierem. Et videtur quod vinum quia
immutat maxime hominem. Item
videtur quod rex quia compellit hominem
ad illud quod est difficillimum scilicet ad
hoc quod se exponat periculo mortis.
Item quod mulier quia dominatur
regibus. Contra. Esdre 3o fortior
est veritas. Respondeo dicendum quod hec que
stio proposita est iuvenibus dissol
venda in Esdra. Sciendum igitur
quod si consideremus ista modo quo sunt se
scilicet vinum regem mulierem et
veritatem non sunt comparabilia quia
non sunt unius generis. tamen si con
siderentur secundum comparationem ad aliquem
effectum quem tenent nata sunt compa
rari. Hic autem effectus inquantum conveniunt
et conveniunt et in quem possunt
est immutatio cordis humani quia
ergo autem ista magis immutet cor
hominis videndum est. Sciendum quod
quod in immutationem hominis quoddam est
corpus et aliud est anima et hec
est duplex sensitiva et intellectiva et hec
est duplex scilicet practica et specula
tiva. Inter ea autem que pertinent ad
immutandum naturaliter secundum dispositio
nem corporis est excellentius vinum
quod facit pre multa loqui. Inter
ea que pertinent ad immutandum

appetitum sensitivum excellentius
est delectatio precipue circa venerea. et sic
mulier est fortior. Item in practicis
et in rebus humanis que potest homo
facere maximam potestatem habet rex. In
supremis summum et potissimum est veritas
Cum autem res corporales subiciantur
viribus animalibus et vires animales
intellectui practico subiciuntur specu
lativo et ideo simpliciter veritas est dignior
est et excellentior et fortior 22

Secundo quesitum est de iuramentis
Dictum aliquis exposuit sub
iuramento non communicandi tene
atur servare iuramentum. Et videtur
quod sic quia sic obligatus non debet
facere aliquid quod vergat in detrimen
tum illius cui debet vel qui de
dit hoc autem esset si aliis communica
ret ergo etc. Sed non communicare tale
expositum potest esse causa salutis etiam
alicuius quando cum non teneatur al
teri communicare sit multo magis debet al
teri communicare obligatus. Contra non
communicare salubre remedium sunt quod
utique bonum est contra caritatem ergo etc.
Respondeo dicendum aliud est hoc simpliciter et
aliud in casu simpliciter loquendo non tenetur
si male fecit iurando. Iuramentum
enim non solum amittit vinculum
quando iuramentum est illicitum sed
iurando peccat quia iuramentum
obligans debet habere iudicium iustitiam
et veritatem. Sed si iuro quod quod
licet michi facere puta iuro me ad
ecclesiam ire vel non ire licet sit il
licitum tamen iuramentum imponere
et cum obstinare ad aliquod bonum
non faciendum est illicitum. Quia
hoc est facere contra spiritum sanctum et ideo
iuramentum contra bonum illud quod

est de genere bonorum est illi
citum et non est servandum tamen in
casu servare teneretur puta si il
le vel alius sufficientius medicus preesset
esset et paratus esset curare et
uti illo experimento in salutem
corporalem 2o. Hec patet solutio ad ob
iecta &c.

23 Eciam quesitum est de virtutibus
moralibus et primo de vir
tutibus in se 2o specialiter
de quodam actu iusticie scilicet de re
stitucione // Circa primum quesitum
est utrum virtutes morales sint
connexe et videtur quod non quia acqui
runtur ex actibus qui sunt diver
si et distincti ergo potest acquiri
una virtus sine alia. Preterea Augustinus
dicit nichil contra divinam scienciam dicit
ille qui dicit quod qui habet unam
non habet omnes // Preterea morales vir
tutes habentur ex consuetudine que
requirit tempus // In oppositum sunt
omnes sancti vel plures loquentes de vir
tutibus in quantum due precise rationes assi
gnantur ad hoc primum quod diversimode
locuti sunt de virtutibus virtutes
autem cardinales dupliciter accipi
untur ab aliquibus quidam
enim dicunt virtutes esse quosdam
modos generales qui requiruntur in
omni virtute puta quod fortitudo
est quecumque firmitas animi in qui
buscumque rebus temperancia est mode
racio animi in omnibus rebus et
sic de aliis et secundum istos notandum est
quod virtutes sunt connexe quia isti
modi generales requiruntur in
omni virtute et si aliquid horum
deficit non est virtus aliqua quia

si temperancia rectitudinem non habeat
que est iusticia vel non habeat
animi firmitatem que est fortitudo
et sic de aliis non est virtus //
Et hunc modum Augustinus ponit 3o.
de Trinitate et magister sentenciarum. Alii autem
accipiunt distinctionem harum
virtutum secundum determinatas materi
as sicut Aristoteles et Parisienses
unde prudencia secundum philosophum non
est recta ratio in omnibus sed solum
in agibilibus sicut iusticia non dicit
rectitudinem animi circa quascumque sed circa
operaciones secundum quas circa commu
nicaciones et distribuciones et ac
ciones humanas est que sunt
ad alterum et fortitudo eciam de
firmitate animi circa ea quibus est diffi
cilimum animum moderare scilicet contra
delectaciones gustus et tactus que
sunt maxime delectaciones non
in quibuscumque aliis corporis sicut
sunt vel pecunie. Et sic est loquen
do de virtutibus virtutes morales
sunt connexe cum connexionis ra
cio accipitur secundum philosophum ex parte
prudencie quia nulla virtus potest
haberi sine prudencia et impossibile
est habere prudenciam sine virtutibus
moralibus cuius ratio est quia pruden
cia nichil aliud est quam recta
racio agibilium. Impossibile autem
est rectam racionem habere circa aliquid
nisi rectam racionem circa principia autem
agibilium sunt fines virtutum et
circa fines non bene se habet nisi per
habitum illius virtutis et sic
notandum est quod prudencia habet se
cum alias virtutes morales
similiter alie non possunt haberi sine
prudencia potest enim aliquis habere

in inclinationem naturalem ad actus
aliarum virtutis sine prudentia
et quanto sit maior in inclina
tionem sine habitu virtutis tanto
peius est et plus in pingere(?)
potest sine prudentia sicut patet de
illo qui habet fortitudinem naturalem
sine discretione et prudentia Et
ideo dicit Gregorius Cetere virtutes nisi
ea que agunt prudenter agant
Ut est autem alio 10 questionis
in virtutibus contineris propter civitatem
in qua quiescunt(?) quia qui contra
civitatem contra omnes virtutes conti
tus et sic qui contra Romam contra civi
tatem Ad primum ergo dicendum quod actus
non sunt diversi secundum habitus quia
non potest esse actus temperancie sine
actu fortitudinis nec fortitudinis nisi cum
actu temperancie etc. Ad 2m dicendum quod
hoc dicitur quia non probatur per
auctoritatem biblie Ad 3m dicendum quod ideo
dicuntur morales a consuetudine secundum
amorem etiam dico quod non indi
geat tempore tamen non habebit virtutem
nisi sit prudens :-

Circa(?) questionem est de restitu
cione que in actus iustitie
Et circa hoc quesita sunt tria
Primo de illis que propter peccatum sunt
ex civitate 2o de eo qui mala
fide possessit 3o de eo qui alie
na consumpsit Circa primum quitur
utrum expulsi propter peccatum possint
repetere bona sua ab illis qui sunt
in civitate manentes et videtur
quod non quia multi de illis qui sunt
in civitate culpam non habuerunt
ad eorum expulsionem et sic pu
niuntur aliqui ex culpa alterius

Item expulsi fuerunt contra partem civitatis
et sic contra iniustum bellum ergo actio est
contra eos et sic dampna non sunt
eis restituenda Contra primum prout(?) cum
mutatur ordo civitatis non rema
net eadem civitas secundum cum mutatur
dominium et principatus mutatur or
do expulsi non pertinent omnino ad
civitatem que prius erat ergo civiles
non tenentur eis ad restitucionem
Contra qui spoliatur a raptore potest
repetere et accipere ea que sibi sunt ab
lata ergo et illi expulsi Ad 1m dicendum
quod aut sunt expulsi iuste scilicet propter eorum
culpam et sic non possunt repetere
eorum amissa aut iniuste scilicet sine
culpa et sine debito ordine iustitie
et sic possunt repetere Si autem habent
superiorem petere debent restitui Si autem
non habent superiorem ipsi met possunt
si possunt recuperare Ad 1m ergo
dicendum quod non puniuntur alii pro peccato al
terius sed pro suo quia maiores civitatis fa
ciunt auctoritate et favore populi et
sic populus consenciens maioribus fuit
in culpa Preterea ideo intelligitur de pena spiritu
ali qua nullus punitur sine culpa
propria non de corporali qua frequenter unus
pro alio punitur Ad 2m dicendum quod
in quantum iuste agunt sunt contra civitatem in
quantum iniuste propter civitatem Ad 3m dicendum
quod sibi sunt eodem racione mutatum
et quod tenentur sibi secundum si alie omnino
non tenentur

Secundo queritur utrum ille qui
mala fide possidet teneatur
ad restitucionem et videtur quod
non quia lex dicit quod qui etiam ma
la fide possidet acquirit dominium
Contra decretum dicit quod tempore non
acquiritur dominium Ad 1m dicendum quod

hoc est contrarius iuris civilis et ca-
nonici quia primum ius civile talis
prescriptio tenet secundum ius canonicum
talis prescribere non potest et videtur similiter
contrarietatis est / quia alius est
finis quem intendit civilis legis-
lator scilicet pacem servare et facere
inter cives que impediretur si inter
cives prescriptio non teneret / quia tunc
si vellet possessor venire et dicere quod
sunt meum quocumque tempore finis
autem iuris canonici tendit ad qui-
etem conscientie et salutem animarum nullus
autem in peccato salvari potest nec penitere
de dampno vel alieno nisi recompenset
et ideo dicendum est quod si quis prescribit bo-
na fide possidendo non tenetur ad re-
stitucionem etiam si sciat scivit alienum
fuisse post prescriptionem quia lex potest
aliquem privare et negligentia punire
in re sua et illam alteri dare et
concedere / Sed qui mala fide prescribit
tenetur emendare et satisfacere
reddendo dampnum quod intulit / Ad
argumentum igitur dicendum quod verum est quod omnia sunt
principaliter ad subveniendum non ad decipi-
endum vel ad dampnandum alijs et si
leges tales sunt tyrannice sunt et non
ad solum ... sed adiudicali fo-
ro et violencia

Tercio queritur utrum aliquis qui rem
alienam consumpsit teneatur
ad restitucionem et videtur quod non
quia ille cuius res fuerat non habet ac-
cionem in consumptorem nullam sine ...
casum in prescripcione. Contra ille ma-
la fide possedit alienum quod consumpsit
Respondeo dicendum quod tenetur cuius racione quia
quilibet tenetur ad faciendum iusticiam
alteri consistit autem iusticia in quadam
equalitate / unde nisi restituatur
equalitas non potest ab eo esse iustus
Inequalitas autem fuit quod consumpsit
rem non suam et ideo oportet quod re-
stituat / Ad primum ergo dicendum quod licet
non habeat accionem in eum qui eo
consumpsit secundum ius civile habet tamen secundum
ius divinum cuius finis est salus
animarum et ideo ei repugnat.

Deinde quesita sunt de officijs
4or / Primo de officio exposi-
torum sacre scripture / 2o de offi-
cio predicatorum // 3o de officio confessorum //
4o de officio vicariorum

Circa primum quesitum est utrum omnia 2a
que doctores sancti dixerunt
sunt a spiritu sancto et videtur quod
non quia in suis dictis sunt ali-
qua falsa / Nam in suis exposicio-
nibus quibus dissonant non potest ut-
rumque verum quod est dissimile vel disso-
num quia utrumque per suas contradictiones non
potest esse verum. Contra ad eundem per-
tinet aliquid facere propter finem et
finis scripture que est a spiritu sancto
est erudicio hominum / hec autem eru-
dicio hominum ex scriptura non potest
esse nisi per exposiciones sanctorum
ergo exposiciones sanctorum sunt
a spiritu sancto / Respondeo dicendum quod ab eodem
spiritu scripture sunt exposite et edite
ut dicitur I ad Cor. ij Animalis
homo non percipit ea que dei sunt
spiritualis autem hoc et precipue quantum ad
ea que sunt fidei / quia fides do-
num dei est et ideo interpretacio sermo-
num enumeratur inter alia dona spiritus sancti
ut dicitur Cor. 12 / Ad primum igitur dicendum quod
quedam ... dicte non sunt ...
sed sunt quidam motus a spiritu
sancto alias si essent ...
prophetia quam vellet per deum

propterea revelacionem habuit / quod filius
est et ideo de aliquibus occultis
revelandis aliis tangitur inter
apparitionem sancto et aliis non sed ali
qua eis occultatur / Unde dixit
Helizeus iiii Regum iiio Et dominus cela
vit a me / Aliquando eciam aliqua dicunt
a se ipsis sicut patet de Nathan qui
consuluit David quod edificaret tem
plum qui postea ad Deo reprehensus
et quasi retractus prohibuit hoc ipsi
David ex parte Dei / Hoc tamen conceden
dum est quod quidquid in sacra scriptura
tenetur verum est alias qui contra
hoc sentiret esset hereticus expo
sitores autem in aliis que non sunt
fidei multa ex suo sensu dixerunt
et ideo in hiis potuerunt errare
talia tamen dicta expositorum necessario
non inducunt ut necesse sit eis
credere sed solum scriptura canonica
que in veteri et in novo testamento
est etc.

Unde quesitum est de predicatori
bus et circa hoc questio est

28 duo / Primo utrum aliquis possit
predicare propria auctoritate ita ut liceat
sibi sine licencia prelati sui et videtur
quod sic quia predicare est bonum ali
quid facere sed debemus bonum operari
ad omnes Galatarum vio capitulo etc. Sed dicitur
Ecclesiastici / Unicuique mandavit Deus de
proximo suo capitulo etc. / Respondeo dicendum quod nullus
quantumcumque sit magnus vel quantum
cumque sanctitatis nisi missus a
Deo vel prelato predicare potest quia nullus
agens naturaliter est agere nisi super
debitam materiam predicacio autem est ex
hortacio et doctrina si sit publica
respiciens totam ecclesiam / tota autem

ecclesia et maxime publice ecclesie commissa
est prelatis et ideo non debet ad exercere
quod requirit auctoritatem publicam nisi
auctoritate prelati / Ad primum ergo dicendum quod
cuilibet licet facere bonum proporciona
tum non autem quod excedit bonum // Ad
2m dicendum quod mandavit Deus unicui
que de proximo per viam moticionis et

familiaris 29

Secundo queritur utrum aliquis
prohibitus a principe seculari
debeat dimittere predicacionem
et videtur quod non // Nolite timere
eos qui occidunt corpus dicitur
predicatoribus ergo timore principum
non debent dimittere / Preterea Actuum iiio
Deo oportet magis obedire quam hominibus
sed Deus precepit papa prelatis quod
predicent et ad Thimotheum iiio Predica
verbum Dei capitulo etc. // Preterea nullus debet
alicui obedire in eo in quo peccat
precipiens sed princeps peccat prohiben
do capitulo etc. // Sed contra dicitur Si vos
persecuti fuerint in una civitate fu
gite in aliam / Respondeo dicendum quod hic est
opus duplici distinctione quia quando
aliquis prohibetur predicare vel prohi
betur solum in vicinis aut sit
in vicinis et populo / Si primo modo
sic de multitudine sunt aliqui qui
audire volunt non est dimittenda
predicacio omnino sed sit moderanda
quo ad tempora et loca vel ex timore
ad vicinum si impediatur et quis
eciam tunc liceret predicare occulte
per domos sicut per apostolos legitur
factum / Si 2o modo tunc debet
cedere predicator et fugere ad alia
loca secundum mandatum domini et hoc
est quod Gregorius dicit in dialogo quod quando omnes
sunt mali et indurati debet dici
eis illud Actuum quia repulistis

a vobis regnum dei etc. Alia distin
ctio est hic tenenda quia predicator
aut habet curam animarum aut non scilicet
aut predicat ex necessitate officii aut
propria sponte. Si primo modo sic non
debet dimittere gregem etiam propter
periculum mortis dummodo possit ali-
quod bonum facere remanendo cum
grege. Si 2do sic etc. si posset ibi
nichil fructificare non tenetur
ibi stare nec exponendum animam
suam nisi in casu puta si aliquis
vellet corrumpere fidem et tunc
ubi fides periclitaretur tenetur animam
pro fidelibus ponere quia hoc est in pre-
cepto in tali casu. Si autem non
imminet talis casus sic est in con
silio quia omnia consilia in casu sunt
in precepto. Ad 1m igitur dicendum quod deus
precepit patrem non inordinate sed
eo modo quo utile sit saluti anima-
rum. Ad 2m dicendum non est aliquid
dimittendum quod sit secundum deum ti-
more mortis quod si aliquis sine causa
et sine necessitate ingereret se ad periculum
non sit sapienter. Ad 3m dicendum
quod falsum est. Nam 2m Augustinum ali-
quid imperator precepit precipiendo quod
devotus miles non peccat obediendo
maxime si miles non constat illud
esse peccatum etc.

Tertio queritur utrum liceat
predicatoribus accipere elemo-
sinas ab usurariis et videtur
30/ quod sic 1a Cor. ix Si nos vobis
spiritualia metimus magnum est si vestra
carnalia metamus etc. Preterea natu-
rale habet quod homo vivat de labore
suo dignus est enim operarius mer-
cede sua. Hoc enim concessum est homi-
acceracione In sudore vultus tui
vesceris pane tuo Gen. 3. Contra
usurarum non habent nisi quod est alie-
num. Respondeo dicendum quod de rapina usura
et huiusmodi iniquitati lucro non potest
fieri elemosina ysa lxio. Ego do-
minus diligens rapinam in holocaustum. Tamen
in speciali casu predicatoribus qui
predicant usurariis et monent
eos restituere licitum est accipere
et hec est una ratio. Alia est quod
non habent alias unde vivant
et in extrema necessitate omnia sunt communia
et ab omnibus licet accipere ad suste-
tacionem et necessitatem etc.

Quarto queritur utrum de officio con- 31
fessoris sit veniam aliquis possit
conferre audire de indulgen-
tiam propter sue voluntatis proprii p
licitum et videtur quod non quia quilibet te-
netur conferre propria sacerdoti secundum etc. preterea papa
nulli prohibeat propter aliquem in dul
gentiam. Contra papa est super omnes
ergo cum vult quis quid et quando
vult potest committere et indulgere.
Respondeo dicendum quod quidam dicunt quod
quilibet sacerdos potest absolvere quemlibet
a peccato et licet non tamen faciat ab-
solvendo tamen absolutus est et
racio hoc fuit quia sicut datum
presbiteris potestas conficiendi corpus
Christi et potestas clavium et ideo sicut
potest consecrare quamlibet hostiam
ita potest absolvere quemlibet. Sed
hoc est erroneum quia non potest
absolvere propria auctoritate nisi eum
qui est aliquo modo ei subditus quia
actus fiunt in materia propria et
absolucio sacramentalis habet modum
iudicium et hoc secundum iudicium non

est nisi in subditos inferiores
quem ergo non habet subditum non potest ab
solvere et sic iurisdictio dicit in [illegible]
proditi de [illegible] aut est
de hostia que est materia de [illegible]
Cum ergo nulla [illegible] committitur sicut
clavem ligatam ut iuriste dicunt
sed quia non habet suam materiam
Alii dicunt quod nullus potest ex auctoritate
superioris prelati absolvere subditum
inferioris prelati contra voluntatem ipsius
puta non potest auctoritate episcopi contra voluntatem
provincialis aliquem absolvere. Hoc
etiam est erroneum quia ad absol
vendum requiritur potestas sacerdotii et
iurisdictio episcopus autem habet immediatam iu
risdictionem in omnes unde episcopus potest
confessiones audire contra voluntatem
presbiteri provincialis et similiter cui
ille tamen episcopus committit et multo ma
gis si papa committit. Tamen archiepiscopus
quia non habet immediatam iuris
dictionem in omnes sui archiepiscopatus nisi
ex appellatione non posset alicui dare
licentiam vel auctoritatem audiendi
confessiones contra voluntatem episcopi et dio
cesani suffraganei. Ad primum ergo patet
per ea que dicta sunt quod episcopus et
papa plus potest quam prelatus. Ad 2m
dicendum quod hoc non est in preiudicium
sed in auxilium. quia audire confes
siones non est statutum in favorem
sacerdotum alias vel aliorum sicut [illegible]
fideles qui si pro honorem sacer
dotum peccata esse confiteri necessarium
sed hoc est introductum ad salu
tem animarum etc.

Deinde quesitum est de officio
vicariorum utrum aliquis possit 32
vices suas committere alicui
alteri et videtur quod sic. quia effectus se
quens virtutem potest in ea in quam potest
causa. sed hoc quia dicitur [illegible] illi
[illegible] Diligenter agnosce vul
tum pecoris tui. Respondeo dicendum quod ille
qui est constitutus vicarius non
potest totam potestatem committere sed
potest partem quia maius committere
est ut excipiatur [illegible] quod potest ille
cui committit. et forte talis non
potest totum facere quod ei committitur
et ideo potest aliquid alteri committere.
Ad primum ergo dicendum quod effectus non habet
semper totam virtutem cause nisi
esset equus. Ad 2m dicendum quod hoc
ipsum episcopus non facit ut cognoscat
vultum pecoris etc.

Deinde quesitum fuit de pertinen
tibus ad culpam. Et primo
de peccatis. 2o de penis. De primo
quesita fuerunt duo. Primo de pertinentibus
ad culpam originalem. 2o ad cul
pam actualem. De peccato originali
quesitum fuit utrum [illegible]
[illegible] sensus. Respondeo dicendum quod sic 33
quod sic quia originale peccatum est
nature et non attingit personam nisi
inquantum est nature sue. tota autem
humana natura est sicut unus
homo [illegible] ergo illa natura
reperitur ubi est peccatum nature quod est
originale. Ad [illegible] quod [illegible] habet rationem notabile
culpe non [illegible] ipsius manens
sed in [illegible] fit [illegible] voluntas

Deinde quesitum fuit de culpa 34
actuali. Et primo de peccato
cogitationis duo fuerunt quesita

32. Primo utrum consensus in delecta-
tionem actus sit peccatum mortale // R[espondeo]
d[icendu]m q[uod] hic non queritur de consensu in
delectationem actus carnalis hoc plane
mortale est. Sed de consensu in actu cogi[tationis]
tum sicut cum aliquis cogitat de
delectatione fornicationis et delectatur
et placet sibi hec cogitatio. Et igitur
duplex cogitatio delectationis vel propter
ipsam cogitationem vel propter rem cogi-
tatam. Prima est cum quis cogi-
tat de tumultu vel de bellis regum non
propter rem sed propter ipsam cogitationem. Sed a
est tamen delectationem cogitans de aliquo
propter ipsum quia fit mediante cogitatione
et in cogitatione per[sis]tit. Sic ergo cogi-
tatio potest cogitari ut delectans per
ut cogitatio et sic non est peccatum. Si-
cut si debeo narrare de fornicatione
et occurrunt pulchre verba et delec-
tor. Si autem cogitatio est delec-
tans propter rem cogitatam impossibile
est quod procedat nisi ex amore forni-
cationis et ideo consentire in eam est
consentire in amorem et in usum
rei illicite, et ideo est peccatum mortale.

Secundo de suspicione utrum
sit peccatum mortale, et videtur quod
37 sit talibus enim comminatur dominus
ysa[ias] c. Ve qui dicitis etc. // Cont[ra]
super illud Nolite ante tempus
iudicare dicit glossa quod est veniale
peccatum. R[espondeo] d[icendu]m quod in illis que sunt
mortalia peccata ex genere motus imper-
fecti non sunt mortalia peccata sed ve-
nialia. Ad ultimum enim est mortale
scilicet quando est completa voluntas, non
autem quando est incompleta, non enim
quilibet motus concupiscentie est peccatum mor-
tale // Iudicium autem est duplex scilicet
de rebus et de personis. Iudicium
de rebus falsum est peccatum mortale puta
dicere quod dare elemosinam sit malum.
Iudicium autem de personis licet quando
sit falsum non tamen semper est peccatum
mortale nisi quando est omnino teme-
